




USD. MEE

rrx/  
1650.1

Biblioteca  Valenciana



31000005091809



R-17.855

S. XVIII  
1162

SPECIMEN  
BIBLIOTHECAE  
HISPANO-MAJANSIANAE

SIVE

IDEA NOVI CATALOGI CRITICI  
OPERVM SCRIPTORVM HISPANORVM,

QVAE HABET

IN SVA BIBLIOTHECA

GREGORIVS MAJANSIVS

GENEROSVS VALENTINVS

EX MVSEO

DAVIDIS CLEMENSIS



HANNOVERAE,

IMPENSIS JO. GVIL. SCHMIDII.

M. DCC. LIII

SPECIMEN

BIBLIOTHECA  
HISPANO-MAJASIANA

1713

IDEA NOVI CATALOGI CRITICI

OPERA SCRIPTORUM UB Rostock

Dubl.  
Ausgeschieden

IN SVN BIBLIOTHECA

~~Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock~~

86A2024




HANNOVERIANE

MARKIS JOHANNES SCHEIDT

M. DEUTSCH



## L. B. S.



spernandi mihi videntur homines, qui sibi ipsi tantummodò vivunt, neque aliis, sive desidia sive invidia ducti, opem ferre dignantur.

Eos verò suspicio venerorque, qui literatae dignitatis famam ita tuentur, ut non modo ad augenda aliorum commoda grata animi benevolentia nunquam destituantur; Sed etiam ad conatus eorundem facilitandos omnem operam impendant atque opportunè porrigant.



Ea conditione desideriiis Literatorum subveniendo, studia eorum ad veritates reconditas aperiendas, involutasque evolvendas allicient, stimulumque iis admovebunt, quo quisque animi exercitationem in publicum emolumentum enixè traducat & convertat.

Mihi licuit esse adeò felici, ut, dulcissima experientia magistra, ad veritatis istius agnitionem perductus fuerim. Quantum commodis utilitatique meae servierint amicorum finitimorum subsidia, grata mente agnosco, eorumque nomina in *Bibliothecae meae curiosae* Voluminibus passim inscripta, abundè testificantur.

Domestici non solum amici subsidio mihi fuere, verum etiam inter externos Literarum Cultores non defuerunt Viri praestantissimi, qui ex thesauris suis aliquid mihi suppeditarent.

In his praecipuè eminent longè celeberrimus *Gerardus Meermanus*, Reip. Roterodamensis Syndicus, *Novo Thesauro Juris* conspicuus. Hic Bibliothecam libris rarioribus luxuriantem, non sibi tantum, sed & aliis instituit. Eorum titulos brevibus notis adjectis, tempestivè adhuc in commodum meum transcripsit, immo libros ipsos inspiciendos & evolvendos, ut animi mei cupidinem expleret, liberaliter obtulit, atque occasione ita ferente, impertivit.

Testem



Testem habeo Bibliothecae Bozianae Catalogum insignem & rarissimum, quem nunquam fortè videre mihi contigisset, nisi vir ad officia promptissimus eum benevole mecum communicasset, atque ut in usum meum transferrem benignè permisisset.

Tantis beneficiis non contentus, significavit mihi Virum magno & excellenti ingenio, *Majansium* dico, Bibliotheca exquisitissima instructum esse, cujus Catalogus criticus ad librorum Hispanorum cognitionem augendam, planè usui mihi esse posset. - Ejus vero copiam à Viro humanissimo & facillimo, nullo negotio consequendam confirmavit.

Ego memor Catalogi, quem ad *Camusatam* anno 1731. misit, & in *Epistolas* suas inseruit *Majansius*, confestim *Meermano* rescripsi, se rem per mihi gratam facturum, si precibus suis ad *Majansium* interpositis, istius Catalogi inspectionem mihi impetraret.

Hic, pro sua in me propensa benevolentia, protinus ad *Majansium* literas misit, quibus Indicem illum ad usus meos expetivit. Eius vero copiam assequi non potuit, quòd *Majansius* Bibliothecae suae nullum Indicem confecerit, utpote qui eo ad hunc usque diem non indiguerit.

Ne verò operam suam omnino deprecari videretur *Majansius*, Vir omnem occasionem alios juvandi avidè arripiens, alio modo se paravit ad operas musis meis reddendas.



Accinxit se ad *Specimen Bibliothecae suae* conscribendum, in quo opera illorum Scriptorum exhiberet, qui aut Grammatisticen, aut Grammaticam, aut Rhetoricam, vel in Gymnasiis publicis docuerunt, vel scriptis tradiderunt.

Hoc *Specimen* instar prodromi, prima temporis opportunitate ad me ablegavit, ut meum desiderium leniret, & longioris Epistolae spem faceret, ubi in singulis scientiis indicaret Scriptores à se lectos atque in sua Bibliotheca collocatos.

Huic comitem destinabat *Versionem Latinam Censurae*, quam fecit *Ximeniani operis*. Verùm Epistola illa in tantam molem sub calamo excrevit, ut intra breve temporis curriculum eam perficere non potuerit. Integrum certè annum requiri significabat.

Ne vero prioris Epistolae editio longius differretur, binas Epistolas spectantes ad Historiam Literariam Juris Hispani & Scriptorum Valentinorum cum priori jungendas, ex Hispanico in sermonem Latinum transferre mihi que mittere constituit.

Obrutus autem multis negotiis, animum intendere non potuit ad convertendas in sermonem Latinum has Epistolas, quas mihi promiserat.

Ea propter ne diutiùs in Bibliotheca mea delitefcant hae deliciae Majansianae, eas potiùs incomitatas  
in





in dias luminis auras mittere decrevi, quàm Literatos  
ulteriùs fructu orbare, quem procul dubio ex earum  
gustu percipient.

Inibi enim Scriptorum merita justa lance ponderat  
*Majansius*, & scriptis aequum statuit precium. Judicii  
foetus à floribus ingenii, doctrinae soliditatem à stili nito-  
re ubique magna sagacitate discernit, commenta rejicit,  
errata corrigit, abstrusa evolvit, atque arcana nobis re-  
cludit, quae, tali subsidio destituti, penitùs ignorare  
cogeremur.

Ex ungue Leonem! Quum itaque in Specimine  
tantum inest bonae frugis, quantam messis ubertatem  
ex majori opere censere expectandam, ubi rem Litera-  
riam Hispaniae non solum eximiè locupletatam, sed  
& insigniter ornatam conspicias?

Fruere igitur mecum hoc Opusculo, B. L. quod  
tibi trado, donec insequantur alia, facundissimi Scri-  
ptoris nostri studio elucubrata.

Ceterum ego quidem ut libellus hic emendatè  
prodiret in lucem, non sine voluptate curavi; Si quid  
tamen maculae, quod nolim, fortè adpersum, id do-  
ctus Lector non difficiliter eluet.

Literatissimus S. M. Candidatus *Henricus Julius*  
*Fridericus Buschius* à me rogatus, Indicem Scriptorum,  
quo-



quorum in hoc Specimine facta est mentio, confecit,  
quem ad calcem operis rejeci.

Vale B. L. & mecum Clariss. *Majansium* obte-  
stare, ut post exantlatum Bibliothecae suae Commenta-  
rium, Epistolas spectantes ad Historiam Literariam Ju-  
ris Hispani & Scriptorum Valentinorum, ut & Censu-  
ram Ximeniani Operis, in usum eorum, qui linguae  
Hispanicae cognitione destituuntur, Latina civitate  
donare non dedignetur. Dabam Hanoverae ad  
VIII. Iduum Decembris, A. O. R.  
M. DCC. LII.

*D. Clemens.*





A. Ω.

CL. VIRO

DAVIDI CLEMENTI

GREG. MAJANSIVS, GENEROSVS  
VALENTINVS,

S. D.



ommunis amicus noster, Nobiliss. Vir Gerardus Meer-  
manus, significavit mihi, Te legere velle Nicolai  
Antonii *Censuram Historiarum fabulosarum*, Josephi  
Rodriguezii *Bibliothecam Valentinam*, Vincentii Xi-  
menii *Scriptores Regni Valentiae*, & Antonii Augustini *Vitam* a me scri-  
ptam, editamque una cum ejusdem eruditissimi viri *Dialogis de Insigni-  
bus Gentiliciis*, & *Generationibus Nobilitatis Hispanae*. Statim ac rescivi  
hanc tuam voluntatem, praedictos libros Alicantium misi, ut ad  
amicum nostrum transmittantur, per quem eos a me accipies, ut ab  
homine tui studiosissimo.

A.

Idem

Idem amicus noster scripsit mihi, Te cupere scire, quinam libri rariores in Hispania editi sint; & Tibi gratam rem me facturum, si misero Catalogum Bibliothecae meae, cujus editionis curam sponte tua, & perquam liberaliter obtulisti. Cupio Tibi satisfacere, quantum mea possit tenuitas, & mihi liceat per occupationes:

*aliena negotia centum*

*Per caput & circa saliant latus.*

Plerumque hic eò rariores sunt libri, quo meliores; quia, cum minus legantur; eorum editiones non repetuntur: cumque emtores non inveniunt, eos librarii, neque quaerunt, neque cognoscunt; & si in illorum manus deveniant, vilibus usibus eos destinare solent. Quo fit, ut etiamsi Crassi divitias habeas, Aelii Antonii Nebrissensis, Petri Johannis Nunnesei, Francisci Sanctii Brocensis, Antonii Augustini, aliorumque similium opera omnia, nullo modo consequi possis; imo ne videre quidem. Plusquam triginta anni elapsi sunt, ex quo Aelii Antonii Nebrissensis opera inquirō; & cum neque diligentiae parcus, neque pecuniae tenax unquam fuerim; nondum omnia acquirere potui, neque longa, & assidua sollicitudine mea, qui libros vidi innumerabiles; neque per amicos quamplurimos, quorum operam in hac re vehementer sollicitavi. Quapropter, ut meliori modo, quo possim, jussis tuis obsequar, ex Hispana lingua in Latinam vertam *Censuram* quam feci Ximeniani operis, in qua ego indicavi quinam scriptores fuerunt praestantiores in hoc Regno Valentiae; & ad Te scribam longiusculam Epistolam, ubi in singulis Scientiis indicabo scriptores, quos legi, & habeo in Bibliotheca mea, non solum ob doctrinae meritum maximis laudibus dignissimos; sed plerosque etiam ob raritatem plurimi faciendos, in quibus etiam illud evenit ut alii aliorum aestimationem augeant ob doctrinae conformitatem, aut difformitatem.

Postremo, cum librorum meorum nullum habeam indicem, quia ad hunc usque diem eo non indigni; eum vero conficere, non tam laboriosum, quam prolixum sit, quod me volentem tibi morem gerere,

gerere, invitum retrahit; ne nihil præstare videar; &, ut experiaris, quam longum tempus necessarium esset; statui ad Te mittere specimen alicujus partis Bibliothecae meae, in quo exhibeantur opera omnia illorum scriptorum, qui aut Grammatisticen, aut Grammaticam, aut Rhetoricam, vel in Gymnasiis publicis docuerunt, vel scriptis tradiderunt: nec recensebo alia nisi ea quae possideo, legique: quorum titulos plenissime describam: quod licet scribenti molestum sit, ac legenti fastidiosum; multas tamen habet utilitates. nam per illos titulos, aut typographorum, qui eos praefigere solebant, ignorantia perspicitur; aut arrogantia scriptorum; & facile cognoscitur, quaenam editiones tantum repetitae, quaenam auctae fuerint: & denique, quomodo singula opera allegari debeant. in quo non raro deceptus fuit maximus vir Nic. Antonius, fidem adhibens iis, a quibus librorum catalogos accepit. Praeterea, cum in librorum frontispiciis legitur, cuinam illi dedicati fuerint; prodest id cognoscere ad illustrandam Historiam, vel Genealogicam, vel Literariam, vel Civilem, ut optime scis.

Equidem, si totius Bibliothecae meae Indicem conficerem, aliam methodum, ac nunc, instituerem: Scientiarum enim classes distinguerem; in singulas referrem opera ad illa pertinentia: in ipsis argumentis aliquem ordinem servarem: scripta cohaerentia conjungerem: contraria cum contrariis componerem: & ad extremum adderem Auctorum Indicem, unicuique adjunctis omnibus operibus ordine temporum servato, ut sciretur quid singuli prius, quid posterius scripserint. Nunc vero classes nullas distinguam; sed, ut intelligatur, quando singula opera quae habeo, edita sunt, temporis rationem sequar; neque hanc invertam, nisi ubi necesse fuerit ejusdem libri repetitas editiones indicare; aut quid simile. Singulis autem operibus meum iudicium subjungam, ut aestimatio illis debita melius cognoscatur. In hoc catalogo facile poterit observari, Scientias magis viguisse eo tempore, quo doctiores fuerunt humaniorum literarum Professores: & inter hos peritiores fuisse, qui per totam vitam Latinis Graecisque literis dediti fuerunt, quam eos qui Scholasticis, ut ajunt, studiis innutriti, loquendi, & eloquendi artes professi sunt,

antequam utriusque linguae praestantiora opera legerent. Sed praetermissis querelis non profuturis, quod agendum est, agamus. & incipiamus ab AELIO ANTONIO NEBRISSENSI, literarum in Hispania, & literatorum parente.

## AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

MCCCCXCII.

*Lexicon, hoc est, Dictionarium ex sermone Latino in Hispaniensem interprete Aelio Antonio Nebrissensi. Et in fine sic legitur. Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici Lexicon ex sermone Latino in Hispaniensem impressum Salmanticae Anno a Natali Christiano MCCCCXCII. fol. Haec est hujus Lexici editio princeps, sane magna, quam Antonius Nebrissensis dicavit Cl. viro Johanni Stunnicae, Magistro Militiae Alcantarensis, in cujus dedicatione Latino - Hispana aliqua scripsit de se lectu digna, praecipue vero haec: Latini sermonis officinam primus aperui, ausus quod ait Horatianus ille Catus, novis praeceptis signa ponere. Et paullo post: Nam, cum in enarrandis auctori- bus omnia prope tempora mea consumerem quinque quotidie, aut senis horis in re difficillima, nec minus fastidiosa occupatus; fateor non fuisse totum negotium illud tanti ut in ea re, quae videbatur ad paucorum utilitatem pertinere, tam bonas horas collocarem, cum fortasse majoribus auspiciis, atque ad opera multo majora natus, & quae nostris homini- bus multo conducibiliora forent. At quaenam haec? Inter alia hoc Lexicon, de quo sic ipse Auctor in eadem Epistola. Aggressusque sum opus, quod putabam esse maximum, omniumque maxime necessarium: sed cui non modo ego, verum etiam omnes omnium disciplinarum Professores satisfacere vix possint. Nam quotusquisque praeceptor in arte sua aut non negligit, aut non ignorat pleraque rerum vocabula? In quae si forte incidit; aut dissimulat, aut aliud pro alio accipit, aut se nescire fatetur ingenue. Quod si velint esse paulo diligentiores, atque auctores illos consulere, qui de vocabulorum significationibus scripserunt; aut nihil reperient; aut, si quicquam repererint, nibilo plus inde reportent, quam si nihil inveniant. Omnes enim qui sibi unquam hanc*

*provin-*

provinciam assumpserunt, aut in dictionibus obsoletis, inusitatis, barbaris, & peregrinis, magna ex parte occupati sunt; aut tam ambigue, dubitanterque omnia exponunt, ut nihil certe nobis tradant: aut, si rem ipsam per diffinitionem, qualis est, nobis describunt; non tamen ita, ut digito monstrari possit. Quod eo fit, aut quia ipsi iidem illa ignorant: aut quia incognita per multo incertiora nobis ostendunt. Deinceps multa praeclare tradidit de sui operis difficultate.

Comitatur hoc *Lexicon*, alterum ejusdem literarum formae, & magnificentiae sic inscriptum. *Dictionarium ex Hispaniensi in Latinum sermonem, interprete Aelio Antonio Nebrissensi.* In fine sic legitur. *Aelii Antonii Nebrissen. Grammatici Dictionum Hispanarum in Latinum sermonem Translatio explicata est: atque impressa Salmanticae.* Impressionis annus adnotatus non fuit; sed, ut postea videbimus, fuit 1494. aut 1495. Hanc Translationem etiam auctor dicavit eidem viro Cl. Johanni Stunicae epistola Hispano-Latina, ubi multa de se, deque suis operibus, vere, candideque scripsit. Excerptam aliqua. *Cumque suppeteret nobis (inquit) ingenium simul & doctrina ad illustrandam unam ex his artibus, quae sunt pecuniosissimae, atque ambiendis honoribus magis aptae; non fuimus contenti vulgarem illam, nimisque detritam viam insistere: sed a diverticulo uni mihi ex nostris monstrato divinitus, ad fontem pervenire, unde me imprimis, deinde Hispanos meos satiarem. Atque, ut omittam pueritiae meae annos laboriosissime actos in patria sub paedagogis, & artis Grammaticae, ac Dialecticae praeceptoribus; ut omittam quinque annos quibus Salmanticae dedi operam in Mathematicis Apollonio; in Physicis, Paschali ab Aranda; in Ethice, Petro Oxomensi, Professoribus in sua cuique arte clarissimis; cum primum visus mihi sum aliquid per aetatem sapere, suspicatus sum id quod erat, quodque de se Paulus Apostolus ingenue confessus est, viros illos etsi non scientia, sermone tamen imperitos fuisse. Itaque cum essem natus annos undeviginti (anno 1452.) me in Italiam contuli, non qua id caeteri faciunt ratione, ut aucupentur redditus Ecclesiasticos, aut utriusque Juris formulas reportent, aut permutent merces; sed ut Latinae linguae auctores jam multis ante saeculis ab Hispania exules patriae amissae possessioni quasi longo postliminio restituerem.*

Quibus ediscendis cum decem illic annos consumpsissem, atque jam de  
 reditu cogitarem, allectus sum litteris perquam reverendissimi, ac per-  
 inde sapientissimi viri Alphonsi Fonsecae Archiepiscopi Hispal. qui me,  
 qua vidit die, atque suorum in numero esse jussit; multa imprimis be-  
 nigne pollicitus, praeter centum quinquaginta aureos annuos vectigales,  
 quos mihi constituit, congiario insuper amplissimo quotidie profecutus est.  
 Sed quod ille magnam temporis partem rebus divinis, magnam praeterea  
 publicis negotiis indulgebat, nonnullam etiam valetudini, quod per crebra  
 temporum intervalla substillo premebatur; toto illo triennio, quo sum il-  
 lius familiaritate usus, nihil aliud egi, quam ut omnes copias meas re-  
 censerem: meque ad Latinae Linguae professionem paratum exercitatum-  
 que redderem: quasi divinarem cum omnibus barbaris magnum mihi  
 instare certamen. Postea igitur quam ille diem suum obiit, & quan-  
 quam moerens, gemensque, mei tamen juris esse coepi, nunquam de-  
 stiti cogitare rationem qua possem tam longe lateque per omnes Hispaniae  
 partes, diffusam barbariem profligare. Fuitque mihi praesto consilium  
 quo Petrus Paulusque Apostolorum Principes in extirpanda Gentilitate,  
 atque inferenda Christi Religione usi sunt. Nam, quemadmodum illi  
 in jaciendis Ecclesiae fundamentis non aggressi sunt populos quosdam ob-  
 scuros, & incognitos, quod alicujus falsae positionis auctores facere con-  
 sueverunt; sed alter Athenas, ambo Antiochiam, clarissimas illa tempe-  
 state in studio literarum Civitates; deinde uterque Romam totius Orbis  
 terrarum dominam, atque Reginam: sic ego in erradicanda ex nostris  
 hominibus barbaria non aliunde quam a Salmanticensi Academia sum  
 auspicatus: qua, velut arce quadam expugnata, non dubitabam caete-  
 ros Hispaniae populos brevi in deditioem esse venturos. Ubi, cum essem  
 duplici salario stipendiatus e publico, id quod ante me adhuc nulli conti-  
 git; quantum utilitatis duodecim annorum professione attulerim, alii me-  
 lius, atque incorruptius judicabunt: certe posteritas sentiet. Quo tem-  
 pore duo Artis Grammaticae opuscula sunt a nobis tumultuarie edita,  
 vel potius e manibus exciderunt. Existimo haec duo opuscula fuisse,  
 primum Repetitionem de membris & partibus Grammaticae, quam ha-  
 buit anno 1485. qui fuit primus Magisterii sui, ut ipse ait initio Re-  
 petitionis de peregrinarum Dictionum accentu: & secundum opusculum,

Repe.



*Repetitionem de corruptis Hispanorum ignorantia quarundam literarum vocibus; in cuius Repetitionis fine dixit ipse de se. Primus, idemque solus contra Linguae Latinae hostes signis illatis omnem illorum contra me impetum ausus sum sustinere. Sed continuemus praecedentis orationis filium. Quae cum essent incredibili totius Hispaniae consensu recepta, intellexi me satis magna, & firma aedificio, quod institueram, fundamenta jecisse: neque aliud jam deesse, quam materiae copiam, unde tanta moles assurgeret. Quod est Divina quadam Providentia effectum. Cum enim mihi jam non esset integrum vitae rationem institutam dimittere, quod uxore ducta, auctaque familia, redditus illos Ecclesiasticos abalienaveram: neque aliunde mihi victus esset quaerendus, quam ex mercede illa scholastica; Tu, munificentissime Princeps, omnia es elargitus, qui mihi multis amplissimisque muneribus affecto otium pariter atque animi tranquillitatem dedisti. Et, ut tota hujus septennii ratio tibi constet; quattuor diversa opera in eodem opere elaboravimus. Primum in quo dictiones Latinas & Graecas Latino sermoni admistas strictim breviterque Hispanienses fecimus: quod tanquam hujus mei laboris primitias amplitudini tuae dedicavi. Alterum quod etiam in praesentiarum praeclarissimo tuo nomini inscribimus: in quo e diverso dictiones Hispanas pari brevitate in Latinum sermonem interpretati sumus. Tertium (hoc non prodiit in lucem) in quo omnes Artis Grammaticae partes cum singularum dictionum enarratione differimus, in tria maxima volumina distributum. Quartum (neque hoc quod maxime dolendum est, in lucem publicam exiit) in totidem quoque volumina digestum, in quo Dictiones Hispanas, & barbaras jam Hispanitate donatas interpretantur addita singulis in eodem sermone quam brevissima enarratione. Quintum praeterea adjecimus, in quo sermonem Hispanum incertis artificii legibus vagantem sub regulas atque praecepta contraximus: quod clarissimae omnium foeminarum, ac perinde virorum augustae nostrae dicatum est. (Alludit auctor ad Linguae Castellanae Grammaticam ante paucos annos recusam cum primae editionis imitatione, qui libellus egregius ita incipit. *A la mui alta e assi esclarecida Princesa Doña Isabel la tercera deste nombre, Reina i Señora natural de España, e las Islas de nuestro mar. Comienza la Grammatica**

ca que nuevamente hizo el Maestro Antonio de Lebrixa sobre la lengua Castellana. e pone primero el Prologo. Leelo en buen hora. & sic definit. Acabose este Tratado de Gramatica que nuevamente hizo el Maestro Antonio de Lebrixa sobre la Lengua Castellana en el ano del Salvador de mil e ccccxcii. axviii. de Agosto. Empresso en la mui noble Ciudad de Salamanca, 4.) *quam vero Artem Grammatices ejusdem imperio ex Latina Hispanicensem e regione versuum fecimus; nolo inter opera mea commemorare, quod paucorum dierum labor ille fuit: & quod potius interpretis, quam auctoris officio functi sumus. Habeo has rarissimas Institutiones, quæ ita incipiunt. A la mui alta i mui esclarecida Princesa Doña Isabel la tercera deste nombre, Reina, i senora natural de Espana, i las Islas de nuestro mar. Comienzan las Introducciones Latinas del Maestro Antonio de Nebrissa. Contrapuesto el Romance al Latin por mandado de su Alteza. fol. Anni nota, quo haec Ars Grammatices Reginae jussu edita fuit, adjecta non est. In hujus libelli Dedicatione meminit auctor jam editarum a se Introductionum in linguam Latinam. quas puto publici juris factas fuisse inter editionem Lexici Latino-Hispani, & Hispano-Latini, cujus Dedicationem explicare pergo. Sed antea admonebo, Artem Grammatices, quam ipse significavit, nolle se inter opera sua enumerare, fortasse ob docendi simplicitatem, esse dignissimam tanto auctore, & eximiae raritatis. Sed audiamus jam Nebrissensem. Quod si adjecerimus Commentarios Artis Grammaticae, qui sunt a nobis tuo auspicio inchoati, res omnis litteraria erit confecta. Quare, cum omnis loquendi ratio constet materia, & forma (materiam voco nomina, & verba, caeterasque orationis partes; formam vero illarum partium accidentia, atque inter se connexionem) quod ad materiam attinet, assecuti sumus illis octo voluminibus, quae sunt a nobis de vocabulorum significationibus scripta: quod vero ad formam, quinque memoratis codicibus, qui sunt de Arte Grammatica, partim editi, partim edendi. Num videor Tibi, Princeps optime, fuisse otiosus ex quo tempore me huic amplissimae familiae tuae insinuavi? An secessisse, quod plerique suspicati sunt, ad ignaviam potius, quam ad vigilias, atque laborem? Sed, quanquam instat nobis annus aetatis primus & quinquagesimus (quod nati sumus anno anteaquam Jo-*

hanne

hanne secundo Rege ad Ulmetum est feliciter dimicatum) poteramque ego pulchrè etiam Divina Jubilei lege jam fieri emeritus: quidquid tamen spiritus, & vitae mihi restat, quidquid ingenii & doctrinae superest; id omne ad tuum arbitrium publicae utilitati conferremus. Pugna ad Ulmetum contigit anno 1445. die Mercurii, 14. Cal. Junias, uti narrat *Chronicon Johannis II. anno 45. cap. 70.* Igitur Aelius Antonius Nebrissensis, cujus verum nomen fuit Antonius de Cala Xarana del Ojo, filius enim fuit Johannis Martinez de Cala & Hinojosa, & Aecaterinae de Xarana del Ojo, natus fuit initio anni 1444. & initio anni 1494. complevit annum quinquagesimum aetatis suae, post quod tempus instante jam quinquagesimo primo, sive, quod idem est, circiter initium sequentis 1495. absolvit editionem Dictionarii ex Hispaniensi in Latinum sermonem versi. cumque decesserit postridie Calendas julias anni 1522. apoplexi oppressus, vixit annos septuaginta octo completos, quod ideo moneo, ut obiter notem errores Antonii Nebrissensis Epitaphii, quod legitur apud Nic. Reusnerum in *Iconibus, sive imaginibus vivis cl. virorum*, & Martini Ibarrae, Andreae Schotti, & Nic. Antonii.

Sed ut ad Dictionarium redeam, ipse auctor confessus est debere illud opus esse laborem multorum virorum; nec a se perfectius elucubrari potuisse. Agnoscebat igitur quantum ei deesset. Pertinent huc, quae in *Minervae Dedicatione* narravit Franciscus Sanctius Brocensis, ubi de Antonio Nebrissensi loquens, ait: *Dum ille in patria mea Brocis, ubi Dictionarium, & Artem adornabat, febricitans decumberet domi Marcelli Nebrissensis filii, Cruce Alcantarensis Ordinis insigniti, subinde suspirans (ut patrem meum saepe dicere audivi) conquerebatur, Artem sibi, & Dictionarium imperfecta relinqui.* Non est igitur mirum, Johannem Ludovicum Vivem, virum acerrimi judicii, & perfectissimam docendi methodum optantem, docentemque, libro III. de tradendis disciplinis ita scripsisse. *Ex quibus universis confietur Dictionarium Latinae Linguae, quod nullum est plenum satis, & justum. Istudque sit duplex, alterum enumeratione tantum vocabulorum brevi interpretatione adjecta, alterum copiosius dictis auctorum intermistis: quod faciet, non solum ut securus sit lector, & expositione*

B

acqui-

acquiescat; verum ut sciat quoque quemadmodum usus sit, quod forte eum sine exemplo lateret. (Ecce Vivem optantem quod postea aliquatenus, & magno labore effecit Robertus Stephanus in suo *Dictionario, seu Linguae Latinae Thesauro*) Expediet in quaque etiam vulgari lingua geminum pueris tradi, unum quo Latina verba reddantur vulgaribus; alterum quo vice versa vulgaria Latinis: quod in nostro sermone Antonius Nebrissensis fecit, opus non satis exactum, tironibus magis, quam provectioribus utile.

Nebrissensis Dictionarii fama late pervagata est. Itaque intra paucos annos in Gallicam linguam versum fuit, prodiitque hoc titulo. *Vocabularius Nebrissensis.*

*Aelii Antonii Nebrissensis, Grammatici Lexicon, i. Dictionarium nuperrime ex Hispaniense in Gallicum traductum eloquium, cum quamplurimis additionibus a Papa (legendum, Papiam) & Hugone excerptis. Praedicatoribus eloquentiam, seu verbi copiam optantibus, nec non & ceteris tironibus terminorum explanationem scire volentibus summe pernecessarium. Habes insuper, studiosae lector, complura, ut legendo cognoscere poteris, accurate castigata.*

*Venundantur Parrhisii in vico Sancti Jacobi sub signo Lillii aurei.*

In fine ita legitur. *Finis Vocabularius (sic scriptum) Aelii Antonii Nebrissensis nuperrime cum multis additionibus impressus Parisii (sic legitur) anno millesimo quingentesimo decimo nono, die vero mensis augusti undecimo 4. Haec est versio Nebrissensis Lexici Latino-Hispani; non vero Hispano-Latini.*

Habeo Nebrissensis Dictionarii editionem postumam plenioram, cujus inscriptio est hujusmodi.

*Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici, Chronographi Regii Dictionarium, immo quadruplex ejusdem antiqui Dictionarii supplementum, nunc de novo nepotis sui diligentia excussum, atque correctum, & multiplici vocum additione locupletatum.*

*Primum quidem dictiones habet Latinas in sermonem Hispanum versas.*

*Secundum autem vice versa Hispanas Latinae Linguae redditas amplectitur.*

*Tertium vero nomina propria indicat Regionum, Urbium, Montiumque, & aliarum multarum.*

*Quartum & ultimum contraria vice ostendit neotericas, ac vulgares Regionum, Urbiumque, & aliarum rerum proprias appellationes. quorum unicuique addita sunt plurima, & varia vocabula in aliis Lexicis ejusdem auctoris nunquam haecenus excussa. Quae, ut lector advertat, his signis: 6. in margine notantur.*

*Cum privilegio Regio. Antiquariae, in Aedibus Antonii Nebrissensis. Anno Domini M. D. LXXXI. fol.*

Hoc Dictionarium quadripartitum continet duo illa Lexica supra memorata cum aliquibus additionibus; & alia duo postuma, in quibus non raro auctor deceptus fuit, quod fortasse causam dedit erudito viro Johanni Vasaeco, ut in *Chronicorum Hispaniae tomo priore, fol. 45. p. 2.* opinaretur hanc Additionem esse filii Antonii Nebrissensis: ubi pro nepote Dictionarii hujus editore filium intellexit; & probus doctusque vir non animadvertit, Geographiam eo tempore non satis elucidatam fuisse, ut facillimum, & frequentissimum esset in ea passim errare. Transeamus ad alia opera.

*Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici in Cosmographiae libros Introductorium incipitur foeliciter ad Lectorem.*

*Si primos aditus, elementaque Cosmographorum  
Scire cupis; fuerint haec tibi pauca satis.*

*Si majera voles cognoscere, perlege libros*

*Quos scripsit Strabo, Plinius, atque Mela.*

*Quos Artis Princeps Ptolemaeus, quos Avienus*

*Carmine composuit, quos Stephanusque dedit.*

*Quos Pius Aeneas, quos Antoninus, & illos*

*In queis Solinus prodigiosa refert.*

*Historicosque omnes. nam designatio terrae*

*Maximus est illis, praecipuusque labor.*

*Interea contentus abi: nostrumque laborem*

*Non aspernatus, Lector amice, legas.*

Huc usque frontispicium, quod sequuntur Nebrissensis Introductiones ad Cosmographiam. Quibus finitis sequitur hic titulus.

*Cosmographia Pomponii cum figuris.*

Hunc titulum sequitur Praefatiuncula, praemissa tabulae cuidam. Tabulam sequitur hoc epigramma.

*In laudem operis.*

*Qui cupis immensos Orbis dignoscere tractus,  
 Qua jungit Titan, quaque resolvit equos:  
 Arctoum splendet saevo qua frigore Pontus,  
 Qua medius semper decoquit arva dies.  
 Quaque meat Ganges, fluctus qui solvit in Eurum,  
 Indus qua torrens sorbet Hydaspis aquas.  
 Bistoniumque lacum teneat, qui Strimonis undam,  
 Riphaeasque arces Ister & unde fluat.  
 Cingatur Nilo Meroë si subdita cancro,  
 Aethiopes nigros ignea Zona cremet.  
 Hispani sedeant ubi gens asperrima bellis,  
 Qua fluit undisonis magnus Iberus aquis.  
 Omnia mirifico pingit Pomponius ore.  
 Orbis quidquid habet, docta pagella refert.  
 Hispanum quare venerare, Hispana juventus,  
 Et comitem tecum candida semper habe.*

Epigrammati huic subjungitur alia Tabula, quam sequitur *Martini abar bach* (legendum puto ab *Arevalo*) *Exhortatio in opus egregii Doctoris de la Yerva, quod inseruis Cosmographiae Pomp. cum suis introductionibus, & utilissimis additamentis quam foelicissime.* Barbaram hanc Exhortatiunculam sequitur Epigramma durum, & ineptum memorati Martini ab *Arevalo*, cui adjungitur *Summaria Descriptio Tabulae nostri orbis*, auctore, ut videtur *Francisco Nuñez de la Yerva*: nam hanc Summariam Descriptionem sequuntur *Pomponii Melae Cosmographi de situ Orbis libri tres*, & ad extremum sic legitur. *Opus praeclarissimum Pomponii Melae Cosmographi cum Introductionibus,*

*bus, & aliis tantopere necessariis per Franciscum Nūnis de la Yerva Medicinæ Professore elaboratis, Explicit feliciter. Impressum vero Salmanticae (cujus loci elongatio ab Occidente IX. & ab æquinoctiali XLI. gradibus constat) anno Domini M. CCCCXCVIII. Sole Tauri punctum gradiente primum. 4.*

Antonii Nebrissensis *Introductiones* dilucidæ sunt, ut omnia ejus scripta. *Summaria Descriptio* Francisci Nuñez de la Yerva, Doctoris Medici, ostendit eum illis temporibus fuisse doctum hominem. Pomponii Melæ libri multis mendis scatent: sed, prout sunt, aestimari debent ac si manu exarati essent propter variantes lectiones.

Sed quoniam Pomponii Melæ facta mentio est, de cujus patria inter eruditos diu certatum; puto finitam esse litem, si paucis ostendero fuisse Carteiam. Hanc sententiam manifeste probat ipsius Melæ contextus, qui *libro II. cap. 6.* sic se habet. *Sinus ultra est, in eoque Carteia (ut quidam putant) aliquando Tartessos, & quam transvecti ex Africa Phoenices habitant: atque unde nos sumus.* Tria hic ait Mela: primum, secundum aliquorum opinionem, quibus visa est Carteia aliquando dicta Tartessos: secundum, indubitanter, videlicet: *& quam transvecti ex Africa Phoenices habitant:* tertium, quod conjunctim affirmat: *atque unde nos sumus:* ubi, ut sententia sit Mela dignior, ego lego: *atque inde nos sumus.* Ut autem legatur; si vera est lectio Francisci Sanctii Brocensis subjicientis, *ex gente ea;* dicendum erit, Pomponium Melam fuisse ex eorum Phoenicum genere, qui transvecti ex Africa Carteiam habitarunt. Sed hoc alibi enucleatius probabimus.

Aelius Antonius Nebrissensis non fuit vir unius scientiæ; sed illarum orbem tanquam sol illustravit; ideoque Jus etiam Civile, ad quod pertinent sequentia opera. *Aenigmata Juris Civilis ab Antonio Nebrissensi edita. Magistratuum Romanorum nomina a Pomponio Laeto.*

*Ejusdem Antonii Nebrissensis Observationes quaedam. Ciceronis Topica ad Jus Civile accomodata. fol.*

Cum haec inscriptiones ex aliqua parte sint obscuriusculae, declaratione indigent. Antonio Nebrissensi propositum fuisse videtur edere quoddam Juris Civilis Enchiridion. Praemisit igitur M. Tullii Ciceronis Topica, ad Jus Civile Romanorum a Togatorum eloquentissimo accomodata.

Ciceronis Topica sequitur *Antonii Nebrissensis Grammatici Juris Civilis Lexicon*. Paternum opus laudavit Fabianus filius, cujus epigramma libet hic attexere, quia multorum Nebrissensis operum mentionem facit.

*Fabianus Antonii F.*

*Qui Juris nodos, & legum aenigmata solvat:*

*Qui referet voces, quae latuere diu:*

*Ecce Nebrissensis venit de plebe togata,*

*Deque tenebrosis Grammaticae latebris.*

*Grammaticae doctus quas non penetrabit in artes?*

*Si jam Doctores ille docere potest.*

*Hic super aethereas fiet tibi Daedalus auras,*

*Qui modo vix sese tollere visus humo.*

*Proteaque ambiguum mirabere: fit modo flumen,*

*Fit leo, fit coluber, fit violentus aper.*

*Nil intentatum, nihil hic jam linquet in aurum.*

*Grandius est aliquid, quod movet ingenium.*

*In medicas falcem segetes immittet acutam,*

*Ut metat hinc saeculis commemoranda novis.*

*Jam majora parat, quae mox in lumina promet.*

*Codicibus sacris nam sua restituet.*

*Nec cessabit adhuc: reteget primordia gentis*

*Hispanae: & vanas arguet Historias.*

*Atque situm ponet prorsus veneranda vetustas,*

*Lethaeo tandem nunc revocanda lacu.*

Hoc Epigramma illustrabitur, partim ex dicendis, partim ex iis quae legi possunt apud Nicolaum Antonium. Subsequitur Epigramma Graecum Florentinarum Pandectarum fronti appositum, quod

latine



latine ad *verbum interpretatur* Nebriffensis; Epigramma hoc sequitur Dedicatio ad Cl. Virum Johannem Fonsecam Episcopum Pallantinum: ac deinde Lexicon, cujus inscriptio haec est.

*Aelii Antonii Nebriffen. Grammatici in quasdam Juris Civilis dictiones per ordinem alphabeticum digestas ex priscis autoribus nova interpretamenta incipiuntur.*

Finito Lexico incipit aliud Opusculum cum hoc titulo: *Ex observationibus Aelii Antonii Nebriff. in libros Juris Civilis.*

Post *Observationes* sic legitur. *Aelii Antonii Nebriffensis Grammatici in Jus Civile Lexicon explicitum Salmanticae idibus Octobris, Anno M. D. VI.*

Deinde excusae. *Leges quae solent citari in Historiis. Ex Pomponio Laeto. fol.*

Incredibile dictu est quantam invidiam sibi conciliavit Antonius Nebriffensis, Grammatici nomine se insigniens, & de Scientiis gravissimis agens, doctores illius temporis docens. Sapiens Valentinus Ludovicus Vives *lib. 1. de Caussis corruptarum Artium*, posteaquam multa dixit de hoc nomine, haec subjunxit. *Nec aetate nostra defuerunt doctissimi, qui ornari se appellatione ejusmodi arbitrati sunt, inter quos Angelus Politianus, & Hispanus noster Antonius Nebriffensis, qui pro varia, & late patenti eruditione, quum esset diligenter in omni scriptorum genere versatus, potuisset quodcumque nomen usurpare, non solum cum bona Professorum ejusce artis venia, sed cum magna etiam laetitia, quod non parum gloriae professioni suae accessurum ex hujusmodi hominis splendore, & nominis celebritate existimassent: nihil tamen dici, & haberi maluit, quam Grammaticus. Nec Pius Pontifex Urbis Romae nomen hujusmodi abhorruit. Huc usque Vives. In Nebriffensi autem hujus nominis usurpatio eo mirabilior est, quo certius est, quod fere omnes ignorant, eum nunquam exercuisse Grammatici munus, ut vulgus intelligit hanc Artem: nam, ut ait Franciscus Martinus Lusitanus in *Oratione* publice Salmanticae habita pro Antonio Nebriffensi, *Enarravit ille quidem in Salmanticensi Academia publice authorum magnorum libros; artis tamen praecepta nunquam explicavit,**

vit, nec se ad haec infima tractanda demisit. Ad nomen hoc alludens Arius Barbosa versiculis duriusculis in fine Lexici ita lusit.

*Ad Antonium Aarii Epigramma.*

Grammatici officium gyro male clausit iniquo  
 Nostra aetas quantum nescia fulcit onus.  
 Nam quicumque docet modo prima elementa, solemus  
 Nomine non proprio dicere Grammaticum.  
 Cautior at multo veterum, & sapientior usus,  
 Haec solum Criticis nomina tanta dedit.  
 Quorum aperire fuit cunctorum sensa librorum,  
 Quos penes arbitrium, iudiciumque fuit.  
 Maximus ille vir est. molem qui nominis hujus  
 Sustinet, & nigro varior ille cygno.  
 Grammaticos vidit paucos veneranda vetustas,  
 Qualis Aristarchus, Didymus, Antigonus.  
 Tempore sed nostro florens Antonius unus  
 Laude vir insigni saecula nostra novat.  
 Doctarum hunc tantum non diligit una sororum,  
 Diligit hunc studio sed Dea quaeque pari.

*Ad Lectorem Tetrastichon.*

Hunc eme sacrarum legum studiose libellum,  
 Hoc Juris nodos solvere mille potes.  
 Quos non dissolvit tuus ille Accursius. Heus tu,  
 His poteris doctis doctior esse viris.

Hoc scilicet erat quod acriter pungebat semidoctos homines illius temporis. Nec finis adhuc memorati libri miscellanei; nam praecedentibus opusculis adjunguntur *Latina Vocabula ex Jure Civili in voces Hispanienses interpretata*. Cui trium foliorum libello, continuo subjungitur alius Pomponii Laeti de Romanorum Magistratibus, Sacerdotiis, Jurisperitis, & Legibus ad M. Pantagathum libellus.

Denique absolvitur liber hic miscellaneus veluti spicilegio quodam

dam verborum Juris erudite explicatorum. Atque sic declarata manent haec *Aenigmata Juris Civilis*, quae alioqui nec Aedipus ipse intelligeret. *Fol.*

Haec Antonii Nebrissensis opuscula edita eo tempore, quo litterae renascebantur, adhuc hodie in tanta Antiquitatis notitia, cum magno fructu legi possunt.

Editionem hanc Salmanticensem sequuta est alia Lugdunensis valde diminuta, sic inscripta.

*Lexicon Juris Civilis adversus quosdam insignes Accursii errores aeditum Lugduni sub scuto Coloniensi apud Joannem & Franciscum Frellaeos fratres. M. D. XXXVII. 8.* In hac editione nihil est aliud praeter Nebrissensis *Lexicon Juris Civilis*, & ejusdem *Observationes*. Praemissa est tamen *Ant. Nebrissensis J. C. Ad Lectorem Praefatio adversus infantes Jurisperitos: verborum cultum non esse aspernandum*. Quae *Praefatio* erudita, & elegans est. In ea notandum est, Ant. Nebrissensem appellare se *Jurisconsultum*. Ejusdem *Lexici Juris* habeo tertiam editionem, sic inscriptam. *Lexicon Juris Civilis Antonio Nebrissensi viro non vulgariter erudito autore. Ipsumque infinitis propemodum mendis bona fide emaculatum, scholiis passim in marginibus illustrius, & quam antebac locupletius factum, Francisci Jametii Jurisconsulti, singulari diligentia: non minus literarum studiosis, quam Juris Civilis candidatis utile. Ad Senatum Parisiensem. Parisiis, apud Audoenum Parvum, sub insigni lilii aurei, in via Jacobaea. 1549. 8.* Haec editio continet Nebrissensis *Lexicon Juris Civilis*, & *Observationes*, quibus Jametius addidit *scholia* sua in eisdem paginis, & ad margines *notulas* opportunas. Idem Jametius, qui (ut obiter hoc dicam) initio hujus libelli opera a se scripta recensuit, ad calcem adjunxit libellum sic inscriptum. *Francisci Jametii Jurisconsulti Commentarius in XLIII. Leges sub tit. de Regul. Jur. Pandect. ad Clariss. Praesidem P. Lysetum. Parisiis, apud Audoenum Parvum, sub insigni aurei lilii, in via Jacobaea 1549. 8.* Commentarius hic non est contemnendus, brevis enim, dilucidus, & non ineptus.

*Aelii Antonii Nebrissen. Introductiones in Latinam Grammaticen cum longioribus Glossematibus. Ex privilegio Regali ne quis alius in Hispania excudat, aut vendat.*

*Ex impressione Cantabrica.*

*Liber primus de primis Grammaticae rudimentis.*

*Liber secundus de Genere & Declinatione, & Praeteritis, & Supinis.*

*Liber tertius de Erotematis Partium Orationis.*

*Liber quartus de Constructione Partium Orationis.*

*Liber quintus de quantitate syllabarum, metris, & accentu.*

*Barbarismus Donati cum ejusdem Antonii Expositione.*

*Differentiarum Epitome ex Elegantibus Laurentii Vallae.*

*Nomina Numeralia, Dividua, Ordinalia, & Adverbia numerandi.*

*De ordine Partium Orationis, quam vocant Constructionem.*

*De Punctis, quibus Orationis clausulae distinguuntur.*

*Quaedam Partes Grammaticae magis explicatae.*

*Lexicon dictionum quae per totum opus sparguntur.*

*De literis & Declinatione Graeca quibus opus est Latinis.*

Huc usque frontispicium. Ad calcem libri sic legitur. *Aelii Antonii Nebrissen. Grammatici disertissimi Commentaria introductionum suarum in Grammaticam Latinam explicata: atque ab eodem autore ad amussim castigata: nisi quatenus aliquae litterae, aut puncta, oculos illius, vel eorum, qui cum imprimerentur, suas gesserunt vices, lineas percurrentium potuerunt effugere. Quae quidem cum Arnaldus Guillelmus vir mirae sagacitatis imprimere procuravisset, ea Logronii Cantabrorum Vasconum Urbe nobilissima absolvit tertio Kalendas Novembrias (sic) anno salutis Christianae millesimo quingentesimo decimo. fol.*

Scriptit Antonius Nebrissensis eruditus potius, quam erudiendis. Mirabilis est ejus doctrinae copia, & varietas. Nebrissensis propositum, Grammatica omnia praecepta ante se tradita, colligere, & exemplis illustrare, cum judicio nunc legenda, & seligenda, ne de Arte, quae est caeterarum instrumentum, illud etiam dicatur: *Vita brevis, Ars longa.*

Grammatica Antonii Nebriffensis, jam pridem solíciter (sic) revisa, atque ad unguem (ut ajunt) diligenterque correcta.

Introductionum Latinarum ultima recognitio cum glossulis in secundo & ultimo libro, & in Donati Barbarismo, aliis quoque nonnullis adjectis: communicata re cum amicis ejusdem Artis Professoribus: ex impressione Complutensi: cui autor ipse interfuit, omnesque typos emendavit, emendatosque excussoribus tradidit. Potissimum reperies in ea parte in qua agitur de Accentu, voculas omnes cum suis apicibus, quod quidem in quibusdam aeditionibus deest. Caesaraugustae in aedibus Didaci Fernandez. 1547. In fine sic legitur. Aelii Antonii Nebriffensis Grammatici Introductiones in Grammaticam Latinam explicatae, atque ab eodem authore tandem in Complutensi Academia recognitae, nisi quatenus aliquae literae, aut puncta oculos illius lineas percurrentis potuerunt effugere. Adjecit praeterea de Accentu regulas non vulgares cum supplemento multorum vocabulorum, quae non erant in Artibus aliarum impressionum. Cum quibusdam quoque regulis de literarum prolatione, in qua Graeci, & Latini errant. Si qua tamen inversa, aut immutata inveniantur, id fecit ut majores artes cum minoribus convenirent. quas denuo posthac Didacus Ferdinandus, summa diligentia imprimi curavit. Siquidem fuerunt multa vigilantia Caesaraugustae absolutae, calendis Octobris. Anno a Natali Christi M. D. XLVII. 4. Haec editio facta fuit ad imitationem Complutensis, in cuius Praefatione Ant. Nebriffensis inter alia sic scripsit. Illud tantum hoc in loco dicam, me non sine pudore quodam accessisse ad tertiam hanc aeditionem faciendam. Polliceorque, atque tenens aras persancte juro, nunquam posthac ex illa quicquam immutaturum, atque hujus mei jurisjurandi non petiturum relaxationem, etiamsi (ut isti dicunt) sit contra bonos mores. hujusque ultimae voluntatis meae relicturum in membranis archetypa exemplaria ex autographo meo dispuncta, interpuncta, induceta, & emendata in omnibus bibliothecis Ecclesiarum Cathedralium totius Hispaniae, atque inprimis Salmanticensis Gymnasia, ubi contigit mihi puero erudiri, atque postea grandaevo eruditionem acceptam referre, ut siquando suborta fuerit dubitatio, quid ego ex sententia mea scriptum reliquerim, ad prototypa illa exemplaria recurratur, simul

etiam ut mihi nullus ad veniam regressus possit relinqui. &c. in hac editione, quinque libris *Introductionum* subjungitur *Donati Barbarismus*: huic adhaerent *Differentiae excerptae ex Laurentio Valla ab Antonio Nebrissensi*. Has *Differentias* ordine alphabetico digestas sequitur *Tractatus ejusdem Antonii Nebrissensis de nominibus numeralibus*, cui adnectitur *Vocabularium Introductionum*, sive *Dictiones quae per Artem sparguntur in ordinem alphabeticum redactae*. Deinde excusum *Vocabularium Parvum*, sive, *Aelii Antonii Nebrissensis Lexicon*, seu *Parvum Vocabularium in quo breviter invenies vocabula scholasticis valde necessaria*. Subjungitur *Aelii Antonii Nebrissensis secunda Repetitio*. . . quam fecit anno Christianae salutis millesimo. ccccxcvi. de *Hispanorum quorundam corruptis literarum vocibus*. Hanc *Repetitionem* subsequitur *Doctrina Mensae*. *Joannis Sulpitii Verulani viri disertissimi de moribus puerorum, praecipue in mensa servandis: carmen juvenile paucis explanatum*. Mensam comitatur *Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici, & Rhetoris Relectio nova de Accentu Latino, aut Latinitate donato, quam habuit Salmanticae III. idus Junias, anno M. D. XIII*. Postremo excusus est *Tractatus de literis Graecis*. Atque ex his colligitur cujusmodi fuerit editio Complutensis.

Habeo etiam alias *Aelii Antonii Nebrissensis Introductiones in Latinam Grammaticam*, quinque libris constantes, quibus adjectae quoque sunt *Differentiae excerptae ex Laurentio Valla*.

Subjungitur *Tractatus De Nominibus Numeralibus*. Obiter moneo III. idus Junii anno MDXII. habuisse *Repetitionem VIII. de Numeris*, quam ad manum non habeo. Sequuntur duo capita. Alterum *de punctis clausularum*: alterum *de ordinatione partium Orationis*.

In eodem libro sequitur. *Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici & Rhetoris Relectio IX. de Accentu Latino, aut Latinitate donato, quam habuit Salmanticae tertio idus Junias M. D. XIII*.

Subsequitur *Aelii Antonii Nebrissensis de literis Hebraicis cum quibusdam annotationibus in Sacram Scripturam libellus*, in cujus fine meminit *Relectionis quam de peregrinarum Dictionum accentu Salmanticae quondam recitaverat*, his verbis. *Restabat adhuc explicare,*

*quae*

quae erant illae dictiones, quae haberent accentum in ultima, quae in penultima, & quae in tertia a fine. De quibus in Relectione quadam mea, quam de peregrinarum Dictionum accentu Salmanticae quondam recitavimus, multa sunt a nobis disputata, quae tametsi ex impressione in multa exempla propagata in vulgus prodiit; quia tamen jam fere nusquam invenitur, libuit illa eadem hoc in loco repetere. Quae verba adduxi, ut intelligatur quam difficile sit hujus viri opera obtinere, cum eo vivente jam raro invenirentur. Igitur, ut propositum insequar, accentus Hebraicos illustrat Antonius Nebrissensis exemplis ordine alphabetico allatis.

Ad extremum in hoc libro excusum fuit *Vocabularium Introductionum*, ubi Dictiones Graecae, & Latinae, quae per Artem sparguntur, in ordinem alphabeticum redactae. 4. Hic liber acephalus est; & in fine ei etiam deest postremum foliolum.

Secundum exemplar Complutense (sed omissis glossematibus, & caeteris Grammaticae appendicibus) repetitae sunt Valentiae *Introductiones* hoc titulo. *Aelii Antonii Nebrissensis Grammaticae Introductiones, nunc castigatissime tandem excussae. Valentiae, ex officina Joannis Mey, in platea herbaria 1568. 8.* Titulum sequitur Typographi Praefatiuncula ad Valentinam Juventutem: Deinde Auctoris Elegia, quam panxisse mihi videtur, vivente adhuc Elisabetha Regina: & adeo elegans est, ut mihi religio esset, si eam non describerem. Sic se habet.

*Ad Artem suam Auctor.*

O mihi per multos caste nutrita labores,  
 Ars mea, quam genui, tempus in omne vale.  
 Tempus in omne vale; neque enim tuus addere quicquam;  
 Sed neque quod genitor demere possit, habet.  
 Quem sua nunc aetas opera ad majora remittit;  
 Quaeque sibi fuerint invidiosa minus.  
 Et te jam grandem latebras exire paterni  
 Liminis, & media vivere luce decet.

*Sed ne sola domo vadas, Glossemata junxi,  
 Quae te circumstent, quolibet ire velis.  
 His comitata, metu posito, contemnere vulgus,  
 Et detractorum verba maligna potes.  
 Qui non agnoscant cum te, mera somnia fingunt,  
 Qui nihili versus supposuere meis.  
 Ito bonis avibus; tamen impartire salute  
 Multa, discipuli sint ubicumque mei.  
 Sive ego quos docui, vel si quis doctus ab illis;  
 Nam licet, & fas est dicere, utrosque meos.  
 At si forte roges, quò primum vertere cursus,  
 Quamque tibi jubeam protinus ire viam.  
 Te prius ad nostrae hinc Augustae limina perfer.  
 Nusquam tota tibi est janua aperta magis.  
 Invenies illic ab eadem stirpe sorores,  
 Quae te subcolent, excipiantque sinu.*

(Eandem stirpem intelligo Grammaticam)

*Altera, qua nostro mutatur sermo Latinus*

(Loquitur de Introductionibus Latino-Hispanis, Reginae Elisabethae dicatis)

*Altera, quae Hispanae nectere verba docet.*

(Intelligit Grammaticam Hispanam)

*Praeterea fratres, alia sed matre, gemellos  
 Invenies, quos tu non aliena petes.  
 Alter enim Latio sermonem reddit Hiberum,  
 Alter ab Hispanis verba latina refert.*

(Loquitur de utroque Lexico, scilicet Hispano-Latino, & Latino-Hispano, quorum alia Mater, videlicet Philologia)

*Si Regina tuos repetet, volvetque libellos;  
 Utque solet, vultus forte serenus erit:  
 Pauca tui referes memor haec mandata parentis.  
 Temporibus vestris nonnihil iste dedit.*

*Quod*



*Quod si tu nobis felicia tempora donas;  
Et meus illustrat saecula vestra parens.*

Praecedentibus versiculis subjunctum sequens epigramma.

*Ad Lectorem.*

*Complutana vides Latiae exemplaria Linguae,  
Quae pater excussit, cum moriturus erat.  
Perlege, jam nullas, Lector, profitebere nugas.  
Cuncta sed biberna candidiora nive.*

In his *Introductionibus* verba Castellana in Valentina versa sunt, & post earum finem legitur hoc *Tetrastichon*.

*Ut quondam tacuit Latiae facundia linguae,  
Cum fuit Antoni caesa manus gladii;  
Sic scelus hoc solers Antoni cura piavit:  
Quamque prior vitam sustulit, ille dedit.*

Sequitur *Elegia de Patriae antiquitate, & parentibus auctoris: quae dulcissima est.* Eamque subsequitur ejusdem *Aelii Antonii Nebrissensis Salutatio ad Patriam suam multis ante annis non visam.* Et memorata infantia sua facta quoque excusatione tam longae morae, pollicetur, se post emeritos suae professionis annos in patriam redditurum. Atque hic finitur Editio Valentina. 8.

Cum Antonii Nebrissensis *Introductiones* in Latinam Grammaticam facile venderentur, Archinofochomio Madridensi concessum fuit privilegium eas imprimendi, & vendendi. Cumque postea Johannes Ludovicus de la Cerda eas transformasset in suos *libros quinque de Institutione Grammaticae*, pleraque decerpens ex *Minerva Sanctiana*, & ex hujus, & aliorum Grammaticorum doctrina, notas conficiens; auctoritate, qua valuit, effecit, ut privilegium *Introductionibus* Antonii Nebrissensis concessum, suis accommodaretur, praeposito eis Aelii Antonii Nebrissensis nomine. Idque privilegium postea confirmatum fuit die 17. mensis Novembris anni 1613. Utriusque scriptoris facta mentione, iteratum die 30. Julii anni 1675. Praeterea jussum fuit in *Castellarum Regnis*, ne quis publice doceret Grammaticam;

ticam, alia utens Institutione, quam Cerdana. Sic factum est, ut quidquid Franciscus Sanctius Brocensis excogitarit, ut perpauca mensibus, perspicue, & feliciter Latinae Linguae praecepta docerentur; nihil profecerit: & ut reliqui ejusdem Artis Professores, qui utilissima contentione de docendi praestantia certabant, obmutuerint postea, facultate sibi negata publice docendi a se inventa. Neque solum Lingua Latina hoc passa malum, cum videamus etiam in Regno Valentino concessum fuisse privilegium Decano, Canonicis, & Capitulo Ecclesiae Collegiatae Alicantii, excudendi, & vendendi *Charitulam* uti vocant, hoc est, Tabellam Abecedariam una cum Precibus Christianis, symbolo fidei, & divinis praeceptis. Comprehenditque idem privilegium Aelii Antonii Nebrissensis *Introductiones* alio modo alteratas, & Johannis Torrellae *libellum de Syntaxi*. Atque Ecclesiae Paroeciali Sancti Michaelis Urbis Valentiae concessum etiam privilegium excudendi, & vendendi libellum inscriptum, *Doctrinam Christianam*: & Ecclesiasticae Censurae indictae sunt contra vetita facientes. Quod an in Reipublicae Christianae & Literariae utilitatem sit, Principes, & Episcopi considerare debent. Omitto enim chartae vitiatam, errata typographica, caritatem libellorum necessariorum ad institutionem Christianam, & Literariam, necessitatemque emendi praedictos libellos, quocumque modo excusos, cum alios ejusdem argumenti etsi correctiores, & melioris chartae minorisque pretii emere non liceat. Si puelli solum indigent tabella abecedaria, quae in una charta octies multiplicari poterat exiguo pretio; immodico coguntur, etiam emere, quae nondum possunt discere. Et quoties illam corrumpunt, deperit sumtus factus in nondum necessariis, ut crescat usura, pietatis nomine concessa. Idem contingit in Grammaticis Institutionibus: & cum omnes illae, per quas Latina Lingua necessario doceri debet, praeceptis falsis, & inutilibus scateant, Magistri, ut his incommodis occurrant, praecepta praeceptis opponunt, aut exceptiones adjiciunt, & disputationibus inanibus puerorum mentes implent, quas memoriae mandare cogunt, ut utiliter obliviscenda, inutiliter, & perniciose discant: quia, quo plus operae Latinae linguae impendunt, eo minus, & pejus eam intelligunt. Quae a me dicta

dicta sunt ut tanto malo tandem aliquando occurratur. Nunc subjiciamus aliud exemplum Antonianae Grammaticae transformatae.

*Aelii Antonii Nebrissensis de Institutione Grammatica libri duo, olim emendati ab Antonio Cerezo; denuo in commodiorem rationem redacti. Valentiae ex Typographia Josephi Garcia. 8. His Institutionibus Grammaticis uti solent Valentini, quas ego vellem simpliciores, doctiores, brevioresque.*

*Opuscula in hoc volumine contenta.*

*Archilochus de temporum antiquitate, & Homeris octo.*

*Philonis Breviarium de temporibus Sacrae Scripturae.*

*Berosus Chaldaeus de origine, & successione Regnorum.*

*Manethon Aegyptius subsequutus Berosum in Historia.*

*Methastines Persa, qui & ipse Berosum subsequutus est.*

*Myrsilus Lesbicus, qui de Italiae antiquitate scripsit.*

*Xenophon Historicus de quorundam aequivocatione.*

*Sempronius Romanus de Italiae Descriptione.*

*Fabius Pictor Historicus de Italiae antiquitate.*

*Catonis Censorii de Originibus Fragmentum.*

*Antonius Nebrissensis Chronographus Regius dum Burgis in curia desidet otiosus, dispunxit, interpunxit, atque pro virili ex inemendato exemplari castigavit, & imprimi curavit. In fine ita legitur: Explicita sunt haec opuscula antiquitatis plena Burgis in officina Alemani, pridie Kalendas Maii, Anno a salute Christiana M. D. XII. 4. Permirum est, Antonium Nebrissensem, hominem doctissimum, non animadvertisse, mendacissima haec scripta conficta esse. Sed hujus veritatis ignorantia occupavit mentes, non vulgi solum, sed eruditissimorum etiam virorum illius temporis, ut notavit Andreas Schottus in *Bibliotheca Hispaniae* loquens de Gaspare Varrerio, qui unus fuit ex oculatis viris, qui Johannis Annii Viterbiensis fraudem viderunt, eique personam ademerunt. Quam autem esset ridiculus ille monachus in suis fictionibus, jucunde narravit ex Latino Latinio Viterbiensi Antonius Augustinus *Dial. XI. Antiquitat.**

*Aurelii Prudentii Clementis, viri Consularis libelli cum commento Antonii Nebriffensis. Ad finem libri sic legitur: Fuit impressum praesens opus in Civitate Lucronii per Arnaldum Guillermmum de Brocario, & finitur die secunda mensis Septembris, Anno a Nativitate Christi millesimo quingentesimo duodecimo. 4. Ad intelligendum Prudentium, Christianorum Poëtarum eruditissimum, nullae notae clariores, & expeditiores excogitari poterant. Emendarunt meum exemplar aliquibus in locis, Vincentius Pons Valentinus, vir stupendae eruditionis, & Cl. Johannes de la Torre & Guerau, vir ingenii amoenissimi. Antonii Nebriffensis Annotationes recussae sunt in Prudentii editione Weitziana, Hanoviae typis Wechelianis, apud haeredes Johannis Aubrii, M D C X I I I. 8.*

*Aurea Expositio Hymnorum una cum textu ab Antonii Nebriffensis castigatione fideliter transcripta. 4. In fine libri hi versus leguntur.*

*Quicquid in Hymnorum caruisset pondere libro,  
Antoni planum candida Musa dedit.*

*Transcripsit Coci sic sedula cura Georgi,  
A primo dicens cuncta venire typo.*

*Veriferis igitur jam perlege carmina scriptis,  
Lector, ut a veris commoda magna feras.*

*Quingentos sol quum post mille peregerit orbis,  
Bidenosque ut Christus venit ab arce patris.*

*Cum Janus mensis tibi dederit ipse Calendas,  
Caesarea impressum percipe, Lector, opus.*

Haec Caesarea est Caesaraugusta, ubi tunc erat Georgius Cocus typographus. Cum illo tempore depravatissimi essent Hymni Ecclesiastici, necessarium fuit proferre eos emendatiores: cumque magna esset Clericorum ignorantia; utilissimum visum fuit Antonio Nebriffensi eosdem Hymnos perspicuis glossulis declarare, quibus etiam hodie multi indigent.

*Expositionis Hymnorum possideo aliam editionem sine prioribus foliis. Ad extremum vero sic legitur. Lucronii anno M. D. XXIX. 4.*

Habeo aliam editionem, cujus hic est titulus: *Aurea Expositio Hymnorum una cum textu ab Antonii Nebrissensis castigatione fideliter transcripta. Stellae, excudebatur expensis Michaelis de Suelbes, Caesaraugustani Bibliopolae, per Adrianum de Anvers, anno Domini M. D. LXIII. in fine libri legitur. Excudebat Stellae, nobili Navarrorum Civitate Adrianus de Anvers, 1563. 4.*

Possideo etiam aliam editionem sic inscriptam. *Hymnorum recognitio per Antonium Nebrissensem cum aurea illorum Expositione.*

*Et Orationes, quae in universali Ecclesia decantantur. Apud inclytam Granatam, Anno M. D. LXVII. 4. Quoniam vero harum Orationum facta est mentio; earundem adjiciam alias editiones.*

*Orationes ad plenum collectae, summaque diligentia emendatae: insuper & aliquae, quae defuerant additae: quae per totum annum in Sancta Ecclesia cantantur. 4. Deest in hoc libro postremum folium, ubi legi deberet editionis annus.*

Habeo earundem Orationum aliam editionem, sed sine prioribus foliis; in fine vero sic legitur. *Orationes ex Divino Officio ad plenum collectae, summaque diligentia de novo emendatae: & insuper aliae, quae deerant additae: quae per annum cantantur in Sancta Ecclesia, feliciter hic finiuntur: impressae Lucronio in Aedibus Michaelis de Eguia. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, mense Septembri. 4. Necessaria erat illo tempore harum Orationum emendatio.*

In fronte alterius libri, quem habeo, conspicitur Sedulius explicans volumen, cum hoc titulo: *Coelii Sedulii Presbyteri Paschale Opus, & paullo inferius legitur. Sedulii Paschale cum Commento Antonii Nebrissen. & ad finem operis, ita. Sedulii Paschale cum reliquis Opusculis quae extant carmine conscripta, finiuntur. Explicita Caesar-Augustae industria & impensis Georgii Coci, VI. Nonas Septembres, anno salutis Christianae M. D. XV. post primam impressionem, quam castigavit, punxit, dispunxit, interpunxitque Antonius Nebrissen. adjecitque Paraphrasin in locis obscuriores (sic) 4. Antonii Nebrissensis Paraphrasis luculentissima est.*

*Aelii Antonii Nebrissensis Grammatici in A. Persium Flaccum Poëtam Satyricum interpretatio, cum quibusdam, quae a librariis depravata, atque detorta fuerunt, per eundem recognita, & ad unguem emendata, ac noviter impressa foeliciter incipitur.*

*Arnaldi clarum Guillermi sumptibus istud*

*Compluti impressum suscipe, Lector, Opus.*

In fine libri haec leguntur. *A. Persii Flacci Poëtae Satyrici Poëma explicitum cum Paraphrasi atque Scholiis Antonii Nebrissen. Grammatici atque Regii Historiographi, qui interfuit, immo praefuit emendandis formis in impressione cum alioqui ex incuria librariorum codices essent, circumferrenturque inemendati ex impressione Complutensi. Anno M. D. XVII. VIII. Idus Maii. 4. Antonius Nebrissensis jussu Cardinalis Johannis Stunnicae Archiepiscopi Hispalensis, fautoris sui, composuit hos Commentarios, breves, & dilucidos, & quod brevitati maxime repugnat, in quibus nihil quod esset necessarium omisit: tametsi (ut ipse auctor ait) erat occupatus, atque in medio cursus fervore illius operis quod de sacrarum literarum Grammaticae jam pridem parturiebat. Idemque loquens de praeclaris viris, qui in hoc opere insudarunt, ait. Quibus ego quemadmodum concedo eruditionem longe majorem, atque plurimarum rerum cognitionem; ita illud mihi possum meo quodam jure vendicare quod est Grammatici proprium, omnium prope clausularum sensa exprimere, singulas particulas etiam illas, quae sunt in promptu, per alias notiores, aut aequae notas exponere, orationis partes ordinare, & quod fieri Quintilianus praecepit, quotiens opus fuerit, versus quosdam etiam paraphrasi vertere.*

*P. Terentii Aphri Comicarum elegantissimae Comoediae a Guidone Juvenale perquam literato familiariter explanatae cum Ascensii Praenotamentis suis in locis adhibitis, castigatae nunc tandem, & sibi restituae juxta Politiani Philologi correctionem, Antoniique Nebriss. recognitionem. Cum Annotatione Carminum in cujuslibet Scaenae principio apposita, servatis cum his convenientia textus cum commento, ut in epistola ad Lectorem latius ostenditur. Addita insuper Philologi quaedam, quae necessaria visa sunt, annotamenta de generibus Carminum. Ad cal-*

cem operis haec leguntur. *Publii Terentii Aphri Poetae Comici lepidissima Comoediae a Guidone Juvenale familiariter explanatae: cujusque explanationes a Jodoco Badio Ascensio accuratius una cum textu per omnia nuper recognitae. Nunc rursus summa vigilantia, acutaque castigationis lima ab omnibus his, quae, vel excussorum incuria, vel quae (si certius ire velis) correctorum aut ignavia, aut inadvertentia, commissa fuere, prorsus elimatae: Et ad verum nitorem ipsum quam exactissime redactae. Adjecimus denique in calce operis aliqua de metris, Et pedibus metrorum ad Terentianam lectionem plurimum necessaria. Caesaraugustae summa opera insuper, Et expensis Georgii Coci Theutonici excussae. Anno nato Messia XXIII. post millesimum quingentesimum, sexto Kal. Junii. 4. Georgius Cocus ad Lectorem de hac Terentii Comoediarum editione sua loquens, sic ait: Per Antonium tandem Nebriss. a mille impressorum erroribus tersae, in pristinam integritatem, suamque antiquitatis majestatem fuerant restituta.*

*Opuscula, quae in hoc volumine, quod vulgo Sancturale nuncupatur, continentur, sunt haec:*

*Passio Domini hexametris versibus composita.*

*Ejusdem Passionis Threnos per Philippum Beroaldum.*

*Vitae, Et Martyrum Coronae per anni curriculum.*

*Vitae quorundam per Divum Hieronymum scriptae.*

*Superaddita est etiam priori excussioni Passio Sanctae Quiteriae.*

*Cum gratia, Et privilegio.*

*Ad libri calcem ita scriptum est: Impressum est hoc Sanctarium in oppido Complutensi in officina Arnaldi Guillermi Brocarii: in quo sunt quamplurima recognita, Et accuratissime castigata: quae in priori excussione corrigentis oculos fugerant. Apposita etiam sunt Nebrissensis sapientissimi scholia, quaeque suis locis. Absolutum opus secundo Kalendas Januarii: Anno Dni. M. DXXIII. 4. Liber hic utilissimus est ad Historiam Ecclesiasticam scribendam. Nebrissensis Scholia sunt pauca, & non magni momenti. Haec est editio secunda. Vidi tertiam Complutensem apud Michaëlem Eguia, idibus Februariis, an-*

no Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo: ibique legitur ad Joannem Fossecam Burgensem Episcopum atque Archiepiscopum Rosan. Antonii Nebrissensis Praefatio, quam ego olim descripsi, & inter adversaria conservo.

Segmenta ex Epistolis Pauli, Petri, Jacobi, & Joannis: nec non ex Prophetis, quae in re Divina leguntur per anni curriculum, tam in diebus Dominicis, quam in Sanctorum Festis, & profestis. quibus Antonius Nebrissensis adjecit Grammatica quaedam Scholia non contemnenda. In fine haec leguntur. Impressum est nunc secundo hoc Epistolare, in officina Michaelis de Eguia impressorum sollertissimi: in quo sunt plurima recognita, & accuratissime castigata: quae in priori excussione corrigentis oculos fugerant. Absolutum octavo Calendas Februarii M. D. XXV. 4. Antonii Nebrissensis scholia sunt opportuna, brevia, dilucida.

Homiliae diversorum Doctorum in Evangelia, quae cantantur Dominicis diebus juxta consuetudinem Romanae Ecclesiae. In fine sic legitur. Expliciunt Homiliae diversorum Doctorum in Segmenta ex quatuor Evangelistis excerpta, quae diebus Dominicis per annum cantantur, de novo emendatae, auctae, annotatae, & nuper impressae in Academia Compluten. in officina disertissimi viri Michaelis de Eguia, anno Domini millesimo quingentesimo, XXVI. octavo idus Februarii. 4. Antonii Nebrissensis Annotationes paucae sunt, nec magni momenti: ejusdem vero diligentia in Homiliis emendandis illo tempore necessaria.

Libri Minores de novo correcti per Antonium Nebrissensem cum privilegio Regali ne quis excudat, aut vendat per decem annos. 1529. In fine sic legitur. Compluti in aedibus Michaelis de Eguia. Anno millesimo (sic) quingentesimo vigesimo nono. Kal. Martias. 4. Necessè est explicare ipso auctore docente, qui sint Libri Minores. In Dedicazione ad Johannem Fossecam sic ait: Vide quam simi laboris minime recusans, Pater clementissime, ut qui profestis diebus, professione duplici Salmanticensis Academiae sim distractus, qui ferias omnes ad scribendas Principum nostrorum res gestas consecrarim; admonitus tamen ab Arnol-



do Guillelmo typicae artis egregio artifice, ut libellos quosdam, in quibus post Artis Grammaticae prima rudimenta consueverunt pueri ad Latinas literas initiari, castigarem, castigatosque officinae suae calcographis imprimendos traderem; nihil mihi indulsi quin homini praeclare de me merito & amplitudinis tuae clienti observantissimo, morem gererem. Itaque succisvis quibusdam horis, quas otio meo reservaveram, percurri opuscula illa, quae diu fuerant, vel librariorum negligentia, vel potius praeceptorum ignorantia depravata: dispunxi quae redundabant, induxi quae defuerant, restitui in suum ordinem quae fuerant inversa, denique omnes clausulas per commata & cola Ecclesiastico more distinxi. Quenam autem sint illa Opuscula, & quale Antonii Nebrissensis iudicium de illis esset; ex ipsomet optime discemus. Libellus (inquit) qui sub inscriptione Catonis, vel sub incerti auctoris titulo inter puero- rum manus vulgo circumfertur, cuiuscumque tandem is sit, continet profecto materiam religiosam, & quae ad componendos aetatis illius mo- res plurimum conducatur: constatque satis venusto, neque contemnendo generis versu. Atque utinam, quemadmodum hoc opus Grammatico- rum omnium consensu quodam incredibili passim receptum, ut prima litterarum rudimenta intrantibus ab eo enarrandi exordium tradant; ita omnes conjurarent in excidium perniciemque illius, quod insequitur operis sub honesto & magna pollicenti Indice De Contemptu Mundi. Nam Floretus, & Quinque Claves, & Mensae Doctrina, & hujusmo- di litterarum quisquiliae, non modo legendas (forte scripsit Nebrissensis, non legendae) sed si forte in manus inciderint, lacerandas, aut igni subji- ciendas, aut in myropolia, unde cuculli fiant, mittendas censeo. Magistra- tusque nostros demiror, cum in Scholarum structuris, deligendaque mate- ria, caeterisque opificibus tam sint diligentes; in eo quo potissimum res li- teraria constat, caro Deo quodam somno indormiant, ut neque quid abi- gendum sit ab Scholis curent; sinantque Professorum arbitrio, ut pro li- bidine stultitiam suam perdoceant. Subitque animum meum frequenter quaedam puerorum nostrorum commiseratio, qui tempora sua coguntur insumere in illis operibus, quae non modo non ediscenda, sed fugienda, execrandaque sunt. Pudet me exterarum gentium, non dico nunc Italorum, qui jure sibi vendicarunt ut soli bonarum artium cultores ha- beantur;

bcantur; sed Gallorum, Germanorum, Saxonum, Dalmatarum, qui nos jam hoc nomine subsannant, ludibrioque habent, quod has nugas inter nos versari patiamur. Neque id tantum in vicis, castellis, municipiis; sed in urbibus quoque, & in media luce pulcherrimi hujus nostri Gymnasii (Salmanticensis) in quo ignavissimus quisque audet palam deliramenta sua, vel ab aliis accepta profiteri. Quin potius, si quod litterarum portentum usquam concipitur; hic parturitur, hic editur, hic educatur.

Hujus ejusdem libri habeo aliam editionem sine temporis nota.

*Aelii Antonii Nebriss. ex Grammatico Rhetoris in Complutensi Gymnasio, atque proinde Historici Regii Apologia earum rerum, quae illi objiciuntur.*

*Ejusdem Antonii Nebriss. in Quinquaginta Sacrae Scripturae locos non vulgariter enarratos Tertia Quinquagena.*

*Ejusdem Antonii de Digitorum Computatione.*

*Cum Privilegio. Apud Inclytam Granatam, mense Februario. D. XXXV. 4. Nicolaus Antonius aliquid dixit de hac Apologia. Verum ego, ut melius intelligatur quid in ea tractarit Nebrissensis, & quomodo scripserit, transcribam integram ejus Praefationem, quae sic se habet.*

*Ejusdem Antonii Nebriss. in sequentis Apologiae argumentum ad Lectorem.*

*Quo in statu Respublica Litteraria sit, quamque praecipiti cursu ruat interitum, aut ignorant homines, seque ignorare nesciunt; aut imminens periculum intelligunt; sed remedium quaerere non curant: quin potius, si quis suppetias ferat, habeatur insanus. Qui ignorant, possunt suae ignorationis causam asserere ipsam ignorantiam, cujus auctores ipsi non fuerunt. Qui vero intelligunt, sed instans periculum non cavent, neque ad se pertinere putant, atque pro virili sua parte remedium asserere negligunt; hi digni sunt, non modo qui ex hominum coetu abigantur, sed qui neque in hominum numero recenseri debeant: quando (ut ait Plato) non tam sui ipsius tuendi, quam alios juvandi causa*

caussa homo natus sit. Ast ego qui hanc provinciam mihi desumsi, temerarius vocor, propterea quod sola arte Grammatica duces fretus audeo per reliquas omnes artes & disciplinas penetrare; sed non tanquam transfuga; sed ut excubitor, & explorator quid rerum quisque in sua professione agat; quod antebac fecimus in Arte Medicamentaria, & in Jure Civili; nam Pontificium nihil moror, nisi forte aliquid antiquitatis in eo usurpatum est: & nunc quoque a bello quod omnibus omnium artium professoribus semel indixi, non recedens, idem aggredior agere in Sacris Litteris, profitemens, me non tentaturum aliquid quod ditionis meae terminos transiliat; sed neque abutar indulgentia illa, quam Divus Gregorius permittit Scripturae Sacrae studiosis, quod Grammatici Donati regulis non sint subjecti. Nam, qui hujusmodi sunt, cum illis mihi nullum est commercium. Quare aut ego solus mortalium deliro, & illi sunt sapientes; aut ego solus sapio, & illi omnes delirant. Aut enim totum hoc negotium, quod Artem Grammaticam vocamus, nomen est inane, & frustra ab hominibus excogitatum; aut qui sine illa in antiquorum libris versantur, umbrae volitant, operamque perdunt, & impensam. Binas igitur Commentationes in Sacras Litteras elaboravimus. Alteras, quas Pallantinus Episcopus, qui postea fuit Archiepiscopus Hispalensis (Didacus Deza, Dominicanus) dum haereticae impietatis in Hispania Quaestorem Maximum ageret, per censurae illius impotentiam accedentibus Principum nostrorum jussis, extersit: non tam ut probaret, improbaretve, quam ut auctorem a scribendi studio revocaret. Alteras, quas prioribus illis substituímus, suppressimusque ut alio tempore magis opportuno aederentur. Nam bonus ille Praesul in tota quaestione sua nihil magis laborabat, quam ut duarum linguarum, ex quibus religio nostra pendet (hoc est, lex scripta divinitus) neque ullum vestigium relinqueretur, per quod ad dignoscendum in rebus dubiis certitudinem, pervenire possemus. Apologiam autem hanc scripsimus, quo tempore apud Quaestorem maximum impietatis accusabamur, quod ignari sacrarum literarum ausi sumus sola Grammaticae Artis fiducia incognitum opus attrectare. Elegimus autem Aediticium Judicem, Fratrem Franciscum Simonidem, Toletanum Praesulem, atque totius Hispaniae Protomysten,

E

apud

apud quem respondimus objectis, quae a criminatoribus nostris objiciebantur. Huc usque vir ille sapientissimus, & animosissimus, qui non minori spiritu scripsit ad ipsum Ximenezium: quo anno incertum, cum temporis nota non sit addita ejus epistolae. Haec autem Apologia edita fuit post aliquot annos a Nebrissensis obitu, anno videlicet, uti dictum est, 1535. Quo etiam tempore multi magni viri infanda perpessi sunt. Nam anno 1534. die 10. Maji sic Brugis scripsit Vives Erasmo. *Tempora habemus difficilia, in quibus nec loqui, nec tacere possumus absque periculo. Capti sunt in Hispania Vergara, & Frater ejus Tovar, tum alii quidam homines bene docti. In Britannia Episcopus Roffensis, & Londinensis, & Thomas Morus. Equidem Johannes Vergara captus fuit mense Aprili, Inquisitore Generali Cardinali Johanne Tavera. Ut vero Lectori gustum aliquem de hujus rarissimae Apologiae, describam etiam ipsissima verba, quibus eam finivit vir maximus. Sed de Interpretum (inquit) diversitate alias pluribus. Nunc autem de unius tantum interpretis, hoc est, Hieronymi simplici interpretatione laboramus, ut quidquid librariorum negligentia depravatum est, suae integritati referatur. Idque partim fecimus, partimque facturi sumus conferendo recentiores codices cum vetustatis adorandae codicibus Latinis, quod facile ostendunt quid Hieronymus nobis scriptum reliquerit, si modo consentit, aut non discordat ab eo, quod in Haebreis Graecisque voluminibus habetur. Atque in eo laborare, velim ab istis edoceri quod haereseos genus sit. Nam, neque haereticum quid continet; neque haeresim sapit: neque verborum inordinatione potest haeresis: (latet hic typographicum mendum) sed neque haereseos nulla suspicio inferri. Quid? quod parati sumus Ecclesiae Romanae, atque proinde illius administris obtemperare: & si e Republica Christiana est: qui quid scripsimus, lingua delere; aut more ad aram Lugdunentium certantium, si displicui, in proximum flumen cum scriptis meis demergi: ne quis putet, nos ea esse pervicacia, sive obstinatione, ut non cedamus Apostolicis jussionibus, atque decretis. Interim vero nescio quid me prohibeat iis de rebus inquirere, atque alios ad illud ipsum faciendum exhortari: & in hac una cogitatione supremum spiritum effundere? An non haec melius, quam disputare ridiculam il-*

lam quaestionem, utrum quiditates Scoti transeuntes per latera puncti possint implere ventrem chimerae? quam in ceratinis crocodilinis, & Chryssippi acervis versari? quam de stillicidiis, & aqua pluvia arcenda, & hujusmodi nugis differere? Vos igitur, o clarissima Mundi lumina, teque in primis Pater optime, Hispanae Reipublicae columen, quem non fors aliqua, sed Divina quaedam Providentia dedit mihi amplificatorem, testem, judicem; obsecro accurrite, succurrite, ferte suppetias rei literariae labenti, ejusque patrocinium suscipite, anteaquam funditus intereat. Favete ingeniis, revocate superos duo illa religionis nostrae lumina extincta, Graecam, Hebraicamque linguam: proponite praemia in ea re laborantibus; interpellatores vero ultra Sauromatas, extremosque hominum Morinos, & Garamantas abigite. Scimus igitur causam ob quam suppressae fuerunt duae priores Quinquagenae, videmusque hominem sapientissimum, modestissimumque, nunquam sibi arrogasse Sacrae Scripturae emendationem, quam integritati suae restituere non alicujus privati, sed Ecclesiae Catholicae proprium est: sed virum diligentissimum sibi solum proposuisse Latinos Codices cum Graecis Hebraicisque conferre, ut amanuensium lapsus melius notarentur, uti postea semel, iterumque factum est.

In tractatu de *Digitorum supputatione* breviter & dilucide exposuit Antonius Nebrissensis, quae Marcianus Capella, Hispalensis Praesul Isidorus, & Britannus Beda, aliique, partim obscure, partim ambigue prodiderunt.

*De locis Sacrae Scripturae Hebraicis Angelii Caninii Commentarius, & Antonii Nebrissensis Quinquagena nunc primum simul emendatius edita. Accessit Gasparis Varrerii Lusitani de Ophira regione in Sacris Literis Disputatio ad Cl. virum Balhasarem Sunicam, Regis Catholici in Belgio Legatum. Antuerpiae sumptibus Viduae & heredum Jo. Belleri sub insigni aquilae aureae. Anno MDC. 8. Fuit Angelus Caninius Anglarensis (ut refert Thuanus Historiar. lib. XIX.) vir linguarum non solum Graecae, & Hebraicae, sed Syriacae & aliarum Orientalium rara, & exquisita cognitione insignis. Gaspar Varrerius (ut Schottus in Hispaniae Bibliotheca) Latinae & omnis antiquitatis egregie do-*

ctus, praecipueque Geographiae. Antonius autem Nebriffensis, omnium literarum, prophanarum, sacrarumque illustrator.

Habes in hoc volumine, amice Lector, Aclii Antonii Nebriffensis Rerum a Fernando, & Elisabe Hispaniarum foelicissimis Regibus gestarum Decades duas. Nec non Belli Navariensis libros duos. Annexa insuper Archiepiscopi Roderici Chronica, aliisque (sic legitur) Historiis antehac non excussis. Cum Imperiali privilegio ne quis alius excudat, aut vendat. Anno M. D. XLV. In fine sic legitur. Apud inclytam Granatam, anno a Virgineo partu millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. fol. De Antonii Nebriffensis Opusculis Historicis ita censuit Andreas Schottus in Hispaniae Bibliotheca. Mox Catholicorum Regum beneficio Historicus renunciatur salario non poenitendo: scripsitque, rerum a Ferdinando, & Isabela Catholicis Regibus gestarum Decades duas, totidemque libros Belli Navarrae: sed stilo plane humili: sive quod senijam demandata ea scribendae Historiae provincia est; sive quod morte interceptus polire non potuit. Rei materiam Ferdinandus Pulgarus sua vir lingua disertus, vernacule scribens suppeditarat. Eos libros Xanthus (hoc est, Sanctius) Antonii F. praelo typographico domum translato edendos mox a patris funere, curavit. Qui quidem Xanthus fuit Jureconsultus egregius, caussarumque patronus ad vocationem Granatae in Praetorio exercens, de jure cum gloria, ut accepimus, respondere solitus. Antonium autem Nebriffensem in memoratis libellis Historicis egisse partes interpretis Ferdinandi Pulgarii admonuerunt Laurentius Carvajal in Annalibus, Hieronymus Surita in Epistola ad Ant. Augustinum, apud Dormerium in Progressibus Historiae in Regno Aragonum, pag. 417. & Jacobus Bleda Dominicanus in Chronico Maurusiorum Hispaniae, lib. V. in princ. quibus addi possunt Franciscus Pifa i. parte Hist. Tolet. lib. IV. cap. 33. & Marchio Mondexarensis in Notitia & Judicio praecipuorum Historicorum Hispaniae §. 16. De Nebriffensis autem latinitate nimis aspere locutus est summi judicii vir Ant. Augustinus, vocans eam Diabolicam apud eundem Dormerium pag. 418. Illud dissimulare non possum, Antonium Nebriffensem in Exhortatione ad Lectorem, & Praefatione, quas praemisit suis Decadibus, multas fabulas narrasse, quas ab Annio Viterbiensi didicerat.

Habeo

Habeo aliam editionem, cujus titulus hic est: *Aelii Antonii Nebrissensis rerum a Fernando & Elisabe, Hispaniarum felicissimis Regibus gestarum Decades duae, nec non Belli Navariensis libri duo, nunc secundo editi, & exactiore vigilantia ad prototypi fidem recogniti, & emendati. Imperiali cum privilegio, anno 1550. ad finem ita legitur. Apud inchtam Granatam, anno M. D. L. 8.*

*Publii Vergilii Maronis Partheniae Mantuani opera, post omnes omnium editiones nunc demum revisa, & emaculatiores reddita.*

*Aelii Antonii Nebrissensis ex Grammatico & Rhetore Regis Historiographi in eadem Ecphrases admodum familiares, & vel rudibus ty-runculis ad intelligendum facillimae, nuperrime excussae, & ab injuria oblivionis vindicatae. Quae omnia ita correctae, & elimata prodeunt, ut (absit Nemesis verbo) ne punctum coma, seu interrogatiuncula, tum in textu, tum in Commento deficiat. Apud Inchtam Granatam Anno M. D. XLVI. mense Aprili. 4. Antonii Nebrissensis Ecphrases ita explicant summi Poëtae incomparabile opus, ut puerorum mentibus nihil aeque accomodatam in lucem editum sit.*

*Chronica de los mui altos, i esclarecidos Reyes Catholicos Don Fernando, i Doña Isabel de gloriosa memoria, compuesta por el Maestro Antonio Lebrixa, Chronista que fue de los dichos Reyes Catholicos. En Valladolid, año 1565. fol. Antonius Nebrissensis, nepos, non filius Antonii, ut eum vocavit Jacobus Bleda loco supra laudato, inter avi sui manuscripta invenit hoc Chronicon; putansque ab eo elucubratum fuisse, sub ejus nomine in lucem emisit: sed postea fuit restitutum suo vero auctori, Ferdinando Pulgario, Caesaraugustae anno 1567. fol.*

*Elegancias Romanzadas por el Maestro Antonio de Nebrixa mui necessarias para introduccion de la Lengua Latina nuevamente corregidas, i enmendadas. Antiquariae in aedibus Aelii Antonii Nebrissensis, anno Dñi. M. D. LXXVI. 4. Elegantiae hae sunt Stephani Flisci, oratoris clarissimi, quas Nebrissensis selegit, & interpretatione Hispana donavit.*

*Sapientum dicta vasre, & acutissime, Glossemate Aelii Antonii Nebrissensis, nunc denuo recognita & emendata. Antiquariae. In*

*aedibus Aelii Antonii Nebrissensis, anno 1578. 8.* In hoc libello perbrevis Sapientum notitia traditur; aliquorum dicta metro alligata sunt, & eruditis glossis explicata, indicatis fontibus.

*Reglas de Orthografia en la Lengua Castellana, compuestas por el Maestro Antonio de Lebrija, Chronista de los Reyes Catholicos. Hizolas reimprimir añadiendo algunas Reflexiones Don Gregorio Mayans i Sis-car, Bibliothecario del Rei nuestro señor, i Cathedratico delCodigo de Justiniano en la Universidad de Valencia. Con licencia en Madrid por Juan de Zuñiga, Año 1735.* Ad calcem excusa est *Aelii Antonii Nebrissensis de Patria, & Parentibus suis Elegia; & Ejusdem auctoris Salutatio ad Patriam, cum e longa Peregrinatione redisset. 8.* Auctor in hoc egregio libello septem definitiones praemittit, totidemque principia, & ex utrisque colligit veram certissimamque scribendi rationem. Et in dubium minime vocari debet, quin quidquid melius, quam antea, scribitur, huic praestantissimae doctrinae debeatur, quae consona est Hispanae pronunciationi, & literarum naturae, qui duo, & unici sunt Orthographiae cardines. Ac proinde quidquid emendandum superest, eisdem regulis debet esse conforme. Equidem ego illud jure mihi vindicare videor, quòd plusquam annos duodecim antequam viderem Antonii Nebrissensis Orthographiam, ipsissimam doctrinam excogitavi, & secundum eam scripsi Artem Orthographicam, cui titulum feci *Alphabetum Hispanum*, ex quo paucula decerpsi, ut Nebrissensis Regulas illustrarem, quas antea inventu difficillimas, usus publici feci; ostendique me non novam, sed communis Hispaniae magistri doctrinam proponere. Meam autem plenius aliquando, Deo volente, ostendam. Elegias alibi diximus esse elegantissimas.

Huc usque recensui opera quae habeo Antonii Nebrissensis, in cujus laudem Elegiam composuit Arius Barbofa Lusitanus, Graecarum literarum inter Hispanos primus propagator, & Poëta gravis, & eruditus, quae sic se habet.

*Dircaeo quantum Thebae memorantur alumno,*

*Versus Palladia cujus in aede micant;*

*Aut quantum Lesbos plectro spectabilis aureo*

*Exultat numeris docta puella tuis;*



Culta suo tantum felix Nebrissa Poëta  
 Bellophontaeis arva rigavit aquis.  
 Miscuit hic sacris Tormin Permessidos undis  
 Barbaricum nostro reppulit orbe genus.  
 Primus & in patriam Phoebum, doctasque sorores  
 Non ulli tacta detulit ante via.  
 Pegasidumque ausus puro de fonte sacerdos  
 Nostra per Ausonios orgia ferre choros.  
 Ore potens vario est, seu condit amabile carmen,  
 Dulcior Andino defluit ore liquor.  
 Seu velit orator lingua dixisse soluta,  
 Eloquium dices hic Ciceronis habet.  
 Ipse triumphali redimitus tempora lauro  
 Vivus sidereas incipit ire vias.  
 Vivet in aeternum, vivet tua Musa, decusque  
 Antoni aetherius dum vehat astra polus.  
 Haec te fama levat nullo interitura sub aevo:  
 Haec facit ut volites docta per ora virum.

## JOANNES DE MIRAVET.

MCCCCXCV.

Grammatica Magistri Joannis de Miravet. Ejus inscriptio hujus-  
 modi est. De Grammatica. Opus praeclarum Artis Grammaticae edi-  
 tum a Magistro Joanne de Miravet Nominalium Doctrinae Professore  
 ad illustrandas juvenum mentes feliciter incipit. In fine operis haec le-  
 guntur. Opus praeclarum Artis Grammaticae Magistri Joannis de Mi-  
 ravet, viri eruditissimi, ac veritatis indagatoris solertissimi ad laudem  
 omnipotentis felicissime explicit summa cum diligentia perlectum, atque  
 emendatum per venerabilem Dominum Petrum Domenech, Presbyte-  
 rum, Scholarumque Magistrum. Impensis magnifici domini Jacobi de  
 Villa. Anno Domini M. CCCC. nonagesimo quinto. Die vero octavo  
 mensis Januarii. 4.

Eximius liber ad videndam miseram illorum temporum conditionem, in quibus cum Antonius Nebrissensis serio ageret de Barbarie ab Hispania deicienda; Miravetus hic primus apud Valentinus (quod ego sciam) Nominalium sectam in Grammaticam introduxit, hoc est, Grammaticae antea barbarae, & loquacissimae, novas ineptias addidit, quas pueri discerent quin intelligerent. Tota enim haec Grammatica difficillimis, & implicatissimis quaestionibus Metaphysicis plena est. Inter Salmanticenses (ut hoc obiter dicam) primus Nominalium Philosophiam, quam Parisiis didicerat, docuit Alphonsus de Cordova Augustinianus, qui Salmanticae sectam illam profiteri coepit circa annum 1474. decessitque anno 1504. ut refert Alphonsus Orozco Augustinianus in sui Sodalitii Chronico, fol. 54.

*Arte para ligeramente saber la lengua Araviga emendada, i añadida, i segundamente imprimida.* Ad calcem ita legitur. *Fue imprentada esta obra, i Vocabulista de Romance en Aravigo en la grande, i mui nonbrada Ciudad de Granada por frai Pedro de Alcalá mui indigno fraile de la orden del glorioso San Jeronimo, contino familiar, i Confessor del R. Señor Don Frai Fernando de Talavera, primero Arzobispo de la dicha Ciudad, i mui indigno religioso de la mesma orden. En el año del señor de mill i quinientos i un años. Fue impressa, i acabada por Juan Varela de Salamanca, impressor de la dicha Cibdad de Granada, a cinco dias del mes de Hebrero de mill i quinientos i cinco años. 4.* Hic liber in quo explicantur voces Linguae Arabicae, quam loquebantur Maurusii Hispani, jam erat rarissimus anno 1611. ut videre est apud eruditissimum Bernardum Aldrete *lib. 1. cap. 10. Antiq. Hispan.*

## JOANNES LUDOVICUS VIVES.

MDXX.

Mirum non est quod ait Vincentius Blasius Garcia in *Exemplis Rhetoricae*, pag. 122. *Ludovicum Vivem ab Academia Valentina imprudenter exclusum*, cum eo tempore magnificeret Miravetum, aliosque pseudo dialecticos, quos ille oderat *cane pejus & angue*. Sed quem

quem tunc habere Magistrum noluit; postea mirifice coluit. Hujus maximi viri omnia opera habeo, quae plurimi facio, & saepe legi cum magno fructu. Eorum titulos describam.

*Joannis Lodovici Vivis Valentini Declamationes Syllanae quinque.*

*Prima ad L. Cornelium Syllam ne deponat Dictaturam.*

*Secunda ad eundem ut deponat.*

*Tertia verbis ipsius Syllae deponentis pro Concione.*

*Quarta contra Syllam jam privatum.*

*Quinta contra acta Syllae jam mortui.*

*D. Erasmi Roterodami Epistola ad D. Hermannum, Comitem novae Aquilae. In fine hujus libri sic legitur. Apud inclytam Brabantiae Antuerpiam, in aedibus Michaelis Hillenii. An. ab homine redempto M. D. XX. mense Aprili. 4. Huc transferri meretur quod Erasmus scripsit Hermanno Comiti a Nova Aquila. Lodovicus Vives (inquit) dum alii clamant, gnaviter declamat, veteris exempli novus auctor. Scis enim hanc eruditionis partem haecenus etiam in Italia fuisse desideratam. Hoc decus Vives noster suae instaurat Hispaniae. Habuit illa quondam, cum aliis in rebus, tum in hoc genere praecellentes, cum primis Senecas, & Quintilianos; sed habuit Romae. Eam hic laudem suae vindicat Valentiae, ut sit quo propter nominis consortium, Romanae Urbis aemula videri queat. Ut facillimum est clamare; ita longe difficillimum arbitror declamare, & ita declamare, ut hic declamat, si quid meo iudicio tribuendum putas. Agit enim hoc tanta dexteritate, ut, si titulum adimas, putes te, nec hujus regionis, nec hujus esse saeculi: sed a felicissimis illis M. Tullii, Senecaeque temporibus relictam. Versatur in argumento ficto; sed ita ut rem seriam agi credas. Tractat utramque partem; sed tam probabiliter, ut videatur sibi persuasisse prius quod suadet. Artis observantissimus est, sed quam scis esse bonam partem artis, sic artificium dissimulat, ut neget rem adumbratam agi. Nunquam desidet locis communibus: nusquam a causa digreditur. Credas hominem pro amico de capite periclitante ad clepsydram dicere. Jam acumen in reperiendis, ac tractandis probationibus minus admiror,*

*cum in omni pene Philosophiae parte sit diu felicissime versatus. Usque adeo valet illi, ubi ubi intenderit ingenium mire versatile. Cum in subtilibus quidem illis, sed infantibus disciplinis versaretur, nemo disputabat acrius, nemo magis agebat sophistam. Nunc totus in mansuetioribus literis versatur: & sic versatur, ut hoc saeculo vix alium norim, quem ausim cum illo committere. Si quidem, ut demus esse qui Vivem aequent eloquentiae viribus; non video tamen in quo reperias tantum eloquentiae cum tanta Philosophiae cognitione conjunctum. Ingenium felix, sanum, ac vegetum. Memoria nihil esse potest felicius. Studium, indefatigabile. Aetas, vivens etiamnum. Quibus ex rebus nobis magnum aliquid minimeque vulgare pollicemur. Spero posthac fore complures, qui pulcerrimum hoc exemplum sequantur; an sequuturi sint, nescio.*

*Jo. Lodovici Vivis in Bucolica Vergilii Interpretatio, potissimum allegorica, nunc primum in lucem edita. Rerum item, ac verborum in ea memorabilium diligentissimus index, cum privilegio ad triennium. Basileae. Ad calcem Interpretationis sic legitur. Bredae Brabantiae 1537. 8. Haec Interpretatio Allegorica saepe nimis longe petita est more illorum temporum, in quibus homines docti, quo magis ingeniosi videbantur, eo magis sapientes credebantur.*

*Joannes Lodovicus Vives de ratione studii puerilis ad Catherinam Reginam Angliae. Extat hic libellus ad calcem alterius, cui titulus est: Rudimenta Grammatices Thomae Linacri ex Anglico sermone in Latinum versa Georgio Buchanano Scoto interprete, apud heredes Simonis Vincentii 1538. 8. Praecepta haec pauca sunt, facilia, & utilia.*

*Linguae Latinae Exercitatio Joan. Lodo. Vivis Valentini. Libellus valde doctus, & elegans, nuncque primum in lucem editus. Una cum rerum, & verborum memorabilium diligentissimo indice. Parisiis. Apud Joannem Foncher, & Vivantium Gaultherot, via Jacobaea. 1539. 8. Haec editio, quae princeps est, ad marginem habet ejusdem auctoris notulas, quae in caeteris editionibus, quas vidi, desiderantur: praeterea rerum, & verborum Indicem copiosum. Quid de Vivis stilo senserint duo Hispani celeberrimi, Alphonsus Garcia Matamorus, & Fran-*

& Franciscus Sanctius Brocensis, hic proferam, ipsorum verbis allegatis. Ille in libello *de Asserenda Hispanorum eruditione* sic ait: *Aequalis Antonii (Nebriffensis) fuit Ludovicus Vives, rarum Valentiae decus, propterea quod & declamator egregius, & philosophus magni nominis, & multis in rebus eminentissimus est habitus; placuissetque multo magis viris eloquentissimis, si, ut multa diserte, doctissimeque conscripsit; ita sermonis innata, insitaque duritia, & vocabulis quibusdam Graeco-Latinis, quae ad ampliandam Linguam Latinam excogitavit, orationis gratiam non obscurasset. Mibi autem hac de re una visus est Ludovicus Vives cum Portio Latrone contendere voluisse, utrum hunc ille sermone Hispano Latino vinceret, an illum hic potius Graeco-Latino superaret. Sic enim Pollio Asinius Livium sapere Patavinitatem dixit, & Portium Latronem sua lingua, hoc est, Hispano Latina fuisse disertum. Fatale hoc quidem fuit plerisque nostrorum hominum, ut semper aliquid peregrinum, & rude sonarent, adeo ut in ipso etiam eloquentiae Principe Fabio Quintiliano, qui elegantia simul, & ingenii laude floruit, Hispanitatem invenerit Franciscus Philelphus. Verum, si naevos, quaerimus, neminem unum post homines natos, inveniemus, sic numeris omnibus absolutum, & consummatum virum, in quo non sit aliquid, quod jure queas reprehendere &c: Duo hujus accusationis capita sunt adversus Vivem, sermonis duritia, & vocabula quaedam Graeco Latina. Duritiei illa opinio nata est ex Erasmi judicio in Ciceroniano, quod ita se habet. Equidem nec ingenium, nec eruditionem, nec memoriam in illo desidero. Adest illi parata sententiarum, ac verborum copia: tum, cum fuerit initio duriusculus, in dies magis ac magis in illo maturescit eloquentia. Quem, si nec vita, nec studium destituerit, bona spes est fore ut inter Ciceronianos numeretur. Sunt enim quibus scribendi conatus juxta mandrabuli morem, ut habet proverbium, succedat. Hic quotidie vincit se ipsum. Et habet ingenium ad quidvis versatile, eoque ad declamandi facultatem unice compositus. Aliquot tamen M. Tullii virtutes nondum absolvit, praecipue jucunditatem dictionis, ac mollitudinem. Huc usque Erasmus, qui cum ageret an Vives perfectus esset Ciceronianus; mirum non est in ejus dicendi genere notasse duritiem aliquam; quam quilibet etiam*

delicati iudicii animadverteret in Historiis Sallustii, & Livii, si eas conferat cum Ciceronis scriptis. Me Vivis durities nullo modo offendit; cum enim lego illius scripta, videor mihi audire philosophum, utiliter, & graviter disputantem: cujusmodi genus hominum, mollius, quam Vives, non solet loqui. Cum autem lego ejusdem viri *Linguae Latinae Exercitationem*, non possum non laudare magnam verborum copiam artificiose contextam. Nec quicquam me movet Matamori auctoritas, ut eum aspernem ob duritiem. Quod autem addit, Ludovicum Vivem *vocabulis quibusdam Graeco Latinis, quae ad ampliandam linguam Latinam excogitavit, orationis gratiam obscurasse*; vellem ut designasset vocabula illa Graeco Latina, ut enumeratis illis minor esset culpa. Sed cum ipse fateatur, vocabula ejusmodi fuisse solum quaedam; proculdubio non fuerunt multa. Itaque incertus sum, ineptum ne magis an ridiculum sit, quod Matamorus addit, *sibi hac de re una visum esse Ludovicum Vivem cum Portio Latrone contendere voluisse, utrum hunc ille sermone Hispano Latino vinceret, an illum hic potius Graeco Latino superaret*. Fateor Vivem multis vocabulis Graecis usum fuisse; sed pleraque illorum jam usurpata fuerant ab eloquentissimis Latinae Linguae scriptoribus. Pollioni Asinio concedam Livium sapere Patavinitatem, sed cum Ludovico Vive, *libro III. de tradendis disciplinis confitebor, me eam non gustare, nec palatum habere usque adeo eruditum*. Eidem Pollioni Asinio concedam etiam, Portium Latronem sua lingua, hoc est, Hispano Latina fuisse disertum: sed vellem ut Matamorus omisisset Quintiliani Hispanitatem inventam a Francisco Philelpho, cujus postremam epistolam libri tertii, ubi Quintiliani Patavinitatem notavit nunc describerem, si adeo otiosus essem ut inepis referendis vacare possem.

Veniamus igitur ad Francisci Sanctii Brocensis censuram. Hic in *Annotationibus ad Artem Poeticam Horatii* sic in Vivem scripsit. *Nec satis possum admirari doctissimum Ludovicum Vivem, qui tam audacter, tamque praeter aequum, & decens, tot sinxerit vocabula in sua Exercitatione Linguae Latinae. Nihil enim nunc bene dicitur Latine, nisi tantum illud quod in libris politioris Latinitatis invenitur. Dum lingua illa vigeat, licebat doctis, & peritis, (si modo usus id comprobaret) aliquas*

quas voces invenire, & in vulgum propalare. Quod & nunc Hispanis in Hispana lingua, & Gallis, & Italis in sua licebit, si modo Populus omnis id approbet. Sed in linguis Graeca, Hebraea, Latina (quae jam in usu populari non sunt, sed ex libris tantum eruendae) minime licet verba fingere, nec Latinae Linguae quicquam addere, quod ex libris Latinorum non fulciatur. Poteris tamen cum aliqua praefatione aliqua inserere: ut Galli Parlamentum vocant, quod Latine Senatum. Sic vocantur vulgo Cardinales. Sic Itali vocant Banderas. cet. Ipse Sanctius concedit, Latina lingua vigente licuisse doctis, & peritis aliquas voces invenire, & in vulgum propalare, quae si populi usu comprobarentur, usurpari poterant. Ex quo lingua illa in usu populari esse desiit, mansit tamen inter doctos, qui eam aut loquuntur, aut scribunt, pristina illa facultas, necessitate id poscente, si ipsi diversarum linguarum sint, & inter se colloqui velint, aut scribunt, ut doctrina latius propagetur, & aeternâ linguâ consignata perenniter conservetur. Docti igitur vicem agunt Populi. Itaque

*si forte necesse est*

*Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,*  
ut ait docetque Romanorum Poëtarum judiciosissimus,

*licuit semperque licebit*

*Signatum praesente nota producere nomen.*

ut ostendunt ipsa exempla a Sanctio prolata. quibus si ob rerum novitatem, aut, majorem facilitatem ostendendi sensum abditum, veniam concedit, qua ipse Sanctius usus est, cum *Halmyrantum*, & *Priorem* scripsit, & alia hujusmodi; cur Ludovico Vivi non licuerit dicere *aulicitas* ab *aulico*, *cimicus* a *cimice*, *cydoniatum* a malo *cydonio*, *Grammaticationes* pro tricis *Grammaticis*, *foeminicruralia* notans ad marginem novum esse nomen, & alia hujusmodi, interdum cum sua praefatione? Sed si quid in hac re peccandum est, malim pueros religiosiores, quam solutiores in Sanctii praecepto observando; homines autem doctos cum de cogitationibus suis explicandis agunt, solutiores, quam religiosiores in invenienda una, aut altera voce necessaria ob rei novitatem,

*dabiturque licentia sumpta pudenter.*

*Linguae Latinae Exercitatio Jo. Ludo. Vivis Valentini. Annotationes praeterea in singula Colloquia doctissimi viri Petri Moltae Complutensis in Hispaniae juventutis gratiam adjecimus. Cum Indice Latino Hispanico difficiliorum ab Joanne Ramirez compilato. Anno 1607. Caesaraugustae: apud Joannem Quartanet. 8. Petrus Motta discipulus fuit Antonii Nebrissensis, quem ipse egregie laudavit in Vivis Dialogo cui titulus Scriptio. Ejus notae accomodatae sunt tenellae aetati. Joannis Ramirezii Dictionariolum in aliquibus supplere potest Antonii Nebrissensis Lexicon. De eo sic scripsit Alfonsus Garfias Matamorus in libello de asserenda Hispanorum eruditione. Hujus (Johannis Petreii) aequalis Ramirus doctor Theologus, & Rhetor primarius Academiae Complutensis, plus habuit meo judicio industriae, quam naturae, quamquam utriusque sane permultum. Actio tamen propter foeditatem oris non satis commendabat hujus viri orationem, quae cum a doctis per otium legeretur, & omni artificio dicendi, & lectissima copia, & nitore Romano, & summa gravitate absoluta judicabatur. Fuit amator popularis eloquentiae, quam ita per omnem vitam complexus est, ut eos persaepe reprehendere soleret, qui se a rebus vulgaribus, & maxime notis ad sublimes, & reconditas inutiliter, & ambitiose subducerent. Alvarus etiam Gomecius de Rebus gestis Francisci Ximenii lib. VIII. sic eundem laudavit. In Rhetorum gymnasio Johannes Ramirus Toletanus Nebrissensi successit, vir leni quadam facundia, & stili elegantia, ac puritate excellens; tanta vero probitate, & in rebus domesticis tractandis vigilantia, ut merito frugi appellari potuerit. Multa scripsit, partim dialogis, in quibus scribendis multum oblectabatur, partim oratione perpetua, ferme ad oeconomicen cuncta pertinentia, quae in lucem nondum venerunt. Alebat domi adolescentes ingenuos, quos & moribus, & literis probe instituebat. Ramirio eloquentiae scholam tenente, cum magis ac magis studiosorum adolescentum copia cresceret, ne ille annis jam ingravescentibus nimio labore fatigaretur, visum est Rectori, & Collegis legem Ximenii de hac re sequentibus, alteram Cathedram Rhetoricae constituere.*

*Dialogos del docto Valenciano Luis Vives, corregidos de los muchos yerros, que han contraido al passo que se han reiterado sus impresiones.*



siones. Traducidos en Lengua Española por el Dotor Christoval Coret i Peris, Presbitero, natural del lugar de Alboraya Reino de Valencia, Maestro de Gramatica en el mui ilustre Cabildo de la Santa Iglesia Metropolitana de dicha Ciudad. Dedicados al egemplar de Prelados Santo Thomas de Villanueva. En Valencia por Antonio Balle, año 1723. 8. Cum Interpres hos edidit Dialogos, scripsi ei epistolam, laborem ejus laudans. Vivis Dialogos soleo ego commendare Latinae linguae cupidis.

Dialogos de Juan Luis Vives, traducidos en lengua Castellana por el Dotor Christoval Coret i Peris, Presbitero, natural del lugar de Alboraya en el Reino de Valencia, Beneficiado en la Iglesia Parroquial de San Martin Obispo, de dicha Ciudad, i Professor de Latinidad, i Eloquencia en la Santa Iglesia Metropolitana de la misma Ciudad. Segunda Edicion. Corregido el texto, i mejorada la Traduccion. Añadidas tambien algunas Notas para mejor inteligencia de ambas lenguas. Dedicados al egemplar de Prelados Santo Thomas de Villanueva. En Valencia por la viuda de Geronimo Conejos enfrente San Martin, Año 1749. 8. Jussu Regii Castellae Senatus dixi, quid sentirem de Vive, ejusque interprete (quem amo) & de ejusdem versione paullo emendatiore, Notisque.

Obras que Francisco Cervantes de Salazar ha hecho, glossado, i traducido. La primera es el Apologo de la Ociosidad, i el Trabajo intitulado, Labricio Portundo, donse trata con maravilloso estilo de los grandes de la Ociosidad, i por el contrario de los provechos, i bienes del Trabajo, compuesto por el Protonotario Luis Mexia, glossado, i moralizado por Francisco Cervantes de Salazar. La segunda es un Dialogo de la Dignidad del Hombre, donde por manera de disputa se trata de las grandezas, i maravillas que ai en el Hombre, i por el contrario de sus trabajos, i miserias, comenzado por el Maestro Oliva, i acabado por Francisco Cervantes de Salazar. La tercera es la Introducion, i camino para la Sabiduria donde se declara, que cosa sea: i se ponen grandes avisos para la vida humana, compuesto en Latin por el excelente varon Luis Vives, buelta en Castellano, con muchas Adiciones, que al proposito hacian, por Francisco Cervantes de Salazar. Ad finem ita legitur.

Impri-

*Imprimiase en esta casa* (quae Joannis erat Brocar) *de Alcalà a XVIII. de Junio, año de nuestra salvacion de M. D. XLVI. 4.* Haec omnia opuscula, si non sunt aurea; sunt auro cariora. Ingeniosis fictionibus rectam vivendi rationem docent. Et tamen hi libelli non leguntur, ac si neque editi, neque scripti essent. Ea est optimorum librorum ignorantia, & pessimorum redundantia.

*Jo. Lodovici Vivis Valentini opera, in duos distincta tomos: quibus omnes ipsius lucubrationes, quotquot unquam in lucem editas voluit, complectuntur: praeter Commentarios in Augustinum de Civitate Dei, quorum desiderio si quis afficiatur, apud Frobenium inveniet. Quae vero singulis tomis contineantur, in utriusque sectionis primo ternione indicantur. Adjunctus est his omnibus Index uberrimus. Cum gratia, & privilegio Caesareo ad quinquennium, & Regis Galliarum in decennium. Basileae anno M D L V. in fine ita legitur. Basileae, apud Jacobum Parcum impensis Episcopii Junioris. Anno salutis Humanae M D L V. mense augusto 2. Vol. in fol. Vivis opera inaequalia sunt. Grammatica praestant Philologicis; Dialectica, Grammaticis; Rhetorica, Dialecticis; Theologica, Asceticis; Philosophica, Theologicis: Quae de Causis corruptarum Artium scripsit, memoratis omnibus praestant: quae de Tradendis Disciplinis, praestantiora omnibus. Ipse Vives fuit vir stupendae lectionis, ingenii acutissimi, judicii maximi. Ejus dictio Philosophica, perspicua, brevis, gravisque. Omnes Scientiae ei multum debent. Non videtur haec aetas satis sapere, quae tanti viri opera nova, & eleganti editione familiariora non facit.*

*Libro llamado Instrucion de la Muger Christiana, el qual contiene, como se ha de criar una Virgen hasta casarla: i despues de casada, como ha de regir su casa, i vivir prosperamente con su marido: i, si fueve biuda, lo que es tenuta a hacer. Traducido agora nuevamente de Latin en Romance por Juan Justiniano, criado del Excelentissimo señor Duque de Calabria. Dirigido a la serenissima Reina Germana. En Zaragoza en casa de Bartholome de Nagera. Año M. D. LV. 4. Vivis sapientia nota est eruditis. Justiniano interpreti gratiae debentur immortales, quod in Hispanam linguam transtulit utilissimum opus.*

*B. Aurelii*

*B. Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de Civitate Dei libri XXII. veterum exemplarium collatione nunc demum castigatissimi facti, eruditissimisque doctiss. Lodovici Vivis Commentariis illustrati. Cum indice hac postrema editione castigatissimo ditissimoque facto. Lugduni, apud Bartholomaeum Honoratum. M. D. LXXX. 8. duo volum. Beatus Augustinus nihil eruditius scripsit, quam libros de Civitate Dei. Eos egregie illustravit, memoria rerum lectarum materiam suggerente, & supplente libros, felicissimi vir ingenii Johannes Ludovicus Vives, qui suos Commentarios misit Des. Erasmo Roterodamo, ea tempestate literarum principi, & in Epistola V. Episcopiana editionis ei scripsit, in hanc sententiam. *Ea tu leges priusquam imprimantur, & censura tua omnia temperabis: addes, & notabis, quae videbuntur.* Suspiciari igitur possumus, ita se gessisse Erasmus, cum videamus hos Vivis Commentarios aliquod infortunium aliquando passos in Hispania.*

*Introduccion a la Sabiduria, compuesta en Latin por el Doctor Juan Luis Vives.*

*Dialogo de Plutarco, en el qual se trata, como se ha de refrenar la Ira. Una carta de Plutarco, que enseña a los Casados, como se han de aver en su vivir. Todo nuevamente traducido en Castellano por Diego de Astudillo. Por Francisco Perez en Sevilla, año de 1604. 16. Cum Didacus Astudillus Brugis esset X. Cal. Augustas anni 1546. misit Alfonso Astudillo horum opusculorum versiones, in quibus laudabilem operam impendit; in his enim libellis praeclara sunt vitae regendae praecepta. Hic Didacus Astudillus diversus est ab alio cognomine Dominicanici sodalicii. Atque haec sunt opera quae possideo, sapientissimi Valentini Johannis Ludovici Vivis, qui natus Valentiae anno 1492. decessit Brugis pridie Nonas Majas anni 1540. ejusque mortem elegantissima Ecloga celebravit ejus discipulus Ferdinandus Ruizius Villegas pag. 4. & epitaphio etiam pag. 200. Vellem autem ut in Ecloga ab Ethnicismis abstinuisset. Sed nihil frequentius invenitur in recentioribus Poëtis Christianis.*

## JOHANNES ANGELVS.

MDXXIII.

Nunc ab oblivione vindicabo *Johannis Angeli*, celebris quondam Grammatici memoriam, quam ego debeo Alfonso Viruesio, qui in libello mox memorando manu sua adnotavit, se fuisse illius discipulum ab anno 1527. ad 1532. atque Angelum fuisse celebrem Poëtam, & ad Virgilium interpretandum aptissimum. Librum edidit sic inscriptum. *Comienza el Tragitriunfo del ilustrissimo señor el s. Don Rodrigo de Mendoza, i de Bivar, Marques primero del Zenete, Conde del Cid, señor de las Villas de Coca, i Albaejos con las Varonias de Ayora, Alberique, i Alcocer. Compuesto por Juan Angel Bachiller en Artes.* In fine libri sic legitur. 1523. 4. Lupus Felix de Vega Carpio in *Lauru Apollinis*, silva prima prope finem, laudans Vincentium Espinel, tribuit ei inventionem *Decimarum*, uti vocant, ideoque dixit appellari debere *Epinelas*. Sed sciendum est Decimis scripsisse Tragitriumphum suum Johannem Angelum, & Espinelum solum variasse rithmorum sibi respondentium sedes. Ad Angelum quod attinet, illius eruditio fuit mythologica, ut illius temporis Poëtarum; dictio, humilis, atque pedestris. Ad calcem adjecit de Ruderico Mendocio Zeneti Marchione Elegiam latinam, in qua Angelus ostendit se versificatorem esse.

## PETRVS CIRVELVS.

MDXXVI.

Memorandus hic etiam est propter *Artem Concionandi* quam scripsit *Petrus Ciruelus* Darocensis, vir probissimus, doctissimusque, cujus haec opera habeo.

*Cursus quatuor Mathematicarum Artium liberalium, quas recollectit atque correxit Magister Petrus Ciruelus Darocensis, Theologus simul & Philosophus. 1526.* In fine sic legitur. *Explicitum est ergo volumen quatuor Introductionum Mathematicarum Petro Ciruelo Darocensi interprete*

prete simul & correctore. Laus Deo. 1516. fol. Aut hic igitur, aut supra error est in numero. Dicavit auctor hoc opus Rectori, & Scholasticis omnibus Universitatis Complutensis; & in fine Dedicacionis ita scripsit. Ego itaque omnium hic recte philosophantium infimus cogitavi ut vel modulo meo tam praeclarae Universitati quoquo modo deservirem, si in doctrinas Mathematicas (quas omnes rationes numerorum vocavit Beatus Augustinus, & Theologis necessarias praedicavit) breves Introductiones, tum ab aliis, tum & a me editas, in unum corpus recolligerem emendatissimas, quinque videlicet numero: Paraphrases duas de quantitate discreta in opera Divi Severini Boëtii, quarum alteram in Arithmeticam, alteram in Musicam ejus, introducit. Brevia quoque duo Compendia de quantitate continua quasi praegustamenta duarum aliarum scientiarum. Alterum Geometriae Euclidis, & alterum Perspectivae Alacen. Quinta quoque erit Introductio Astrologica, quam in Sphaericum opusculum olim condideram correspondentem Almagesto Claudii Ptholomei clarissimi, & Almanach perpetuo Zacuti Salmanticensis, cum nostro Judiciario quadripartito, ac centilogio. Huc usque Ciruelus.

Expositio libri Missalis peregregia, nuper edita ex officina sapientissimi Viri tam humanarum, quam sacrarum litterarum Professoris Divinique Verbi Praedicatoris zelantissimi Petri Cirueli Darocensis in Complutensi Academia. Addita sunt tria ejusdem auctoris opuscula. De Arte Praedicandi. De Arte Memorandi. Et de Correctione Kalendarii. Cum privilegio Imperiali. In fine sic legitur. Impressum fuit hoc egregium opus Ecclesiasticum in praeclara Universitate Complutensi, in aedibus Michaelis de Eguia Bibliographi. Anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo octavo: sexto idus Februarii. fol. Dicavit auctor hunc eruditissimum librum Decano, Canonicis, & toti Clero Sanctae Ecclesiae Toletanae, & Dedicacionem incoepit hoc modo. Decrevi jam pridem apud me ipsum, admodum Reverendi Patres, & Domini celebratissimi, postquam juvenilem excessi aetatem, & hominum favorem contemnere coepi, nulla mea opuscula magnis Principibus, nec Saecularibus, nec Ecclesiasticis esse dicanda. Et hoc quidem non absque justa (ut arbitror) ratione. Sive quia ea parva, & indigna reputarem

munuscula, quae illorum majestati, aut excellentiae offerrentur. Sive ego quia ego pauper, & modicus, fere semper eis omnibus fuerim invisus, & penitus ignotus. Sive demum, quia in hac nostra tempestate passim eos viderim a bonis litteris, artibus, & scientiis alienissimos: Utpote quia corporalium divitiarum, & honorum sunt possessores; spiritalium bonorum ac verae sapientiae thesaurorum effecti sint, contemptores. Verum nihil apud eos magis ludibrio haberi solet, quam verus Philosophus, aut ad summum Theologus. A suorum itaque praedecessorum nobilitate degenerantes, quas soli principes terrae multis laboribus inventas venerabantur artes, & scientias, isti adeo parvi faciunt, ac si nihil, aut vix essent hominibus utiles. Quare & ego, qui pretiositatis sapientiae cum Salomone conscius, omne aurum nihil esse dixi (forte duxi) in comparatione illius; hinc coepi indignari adversus hos tam indigne judicantes de sapientiae dignitate, eosque dignissime reputare indignos, quibus offeratur infinitus sapientiae thesaurus. Quare hujuscemodi homines valere sinens cum sua mundana gloria, ad Universitates, & sapientum virorum Collegia me converti: ad eos mea opuscula dirigenda censui; ejusmodi censors mihi elegi, a quibus digne approbari, vel reprobari valeat quicquid scripserim. Cum itaque in hac seniori aetate jam constituto Dei miseratio mihi inspirasset expositiones quasdam Divinorum Officiorum non omnino (ut reor) temnendas, quia non vulgares, sed insolitas, & hominibus nostri aevi valde ignotas, libuit tandem ad multorum sacerdotum usum eas in lucem aedere. Decanus & Capitulum Sanctae Ecclesiae Tolitanae humanissime responderunt Petro Ciruelo, & inter alias egregias laudes, tum auctoris, tum operis sibi dicati, in hunc modum rescripserunt, De ipso vero opere haud facile est, quid sentiamus, illis verbis explicare: tamen illud in promptu est, tale id esse, ut merito excusum a te esse, nobis videri possit. Neque enim tu nobis ignotus, vir praestantissime, cujus nominis celebritas late patefcat, & in ista praesertim Complutensi Academia claro nitore refulgeat: in qua inter tot claros sapientia, & studiis literarum eminentes viros, quos Divinus ille, ac maximus Praesul noster Franciscus Simenius ad ornandam non magis quam bonis litteris erudiendam Hispaniam, undique comparavit, tu primas obtines, versarisque jam plusculis annis tum docendo, tum scri-

scribendo, majore (quis nesciat) cum gloria tua, an studiosorum utilitate. Et sane post multa monimenta, vel in disciplinis liberalibus, vel in tota philosophia prodita, haud aliud, quod huic par, quod modo acdidisti, a te expectabatur. Quod, cum perenne decus tuo nomini proculdubio pariturum est, tum de universa Ecclesia eo praeclare meritus es. &c. Revera hoc opus stupendi laboris est. Auctor nimius fuit in allegorico sensu excogitando; sed mirificus est in eo exponendo ob multiplicem rerum cognitionem, cum summa pietate conjunctam. *Artem Praedicandi* scholastice explicavit more illorum temporum. *Artem Memorandi* eodem modo tradidit, sed satis cordate, adeo ut in fine ita scripserit. *Omnes studiosos admonemus, ne sint nimis curiosi, aut nimium dediti Arti memorativae, quae quantum utilitatis affert memoriae: tantum impediendi afferre potest ingenio, & recte intelligentiae rerum scibilibus, nisi debito moderamine vir sensatus illa arte utatur.* Quod attinet ad opusculum de vera Luna Paschali, & de Correctione Kalendarii, scripserat Ciruelus de hoc argumento ad Leonem X. Concilium Lateranense celebrantem anno 1515. atque hic a se scripta in epitomen redegit.

*Reprovacion de las Supersticiones, i Hechicerias. Libro mui util, i necessario a todos los buenos Christianos: el qual compuso, i escrivio el Reverendo Maestro Ciruelo, Canonigo Theologo en la Santa Iglesia Cathedral de Salamanca: i agora de nuevo lo ha revisto, i corregido: i aun le ha añadido algunas mejoras. Con sus acotaciones por las margenes. Año de mil i quinientos, i treinta, i nueva años. Hechas a costa del honrado varon Guillermo de Milis, Mercader de libros, vecino de Salamanca. In fine sic legitur. Impresso en Salamanca por Pedro de Castro, a quatro dias del mes de Marzo. M. D. XXXIX. 4. Dedicavit Ciruelus hunc doctissimum libellum Religionis Antistitibus, & Judicibus, tum Ecclesiasticis, tum Saecularibus, quorum negligentiae tribuit, superstitiones, & veneficia, eo tempore frequentia.*

*Reprovacion de las Supersticiones, i Hechicerias. Libro mui util, i necesario a todos los buenos Christianos. El qual compuso el Reverendo Maestro Ciruelo, Canonigo que fue en la santa Iglesia Cathedral de*

*Salamanca.* Ahora nuevamente corregido, i emendado, con algunos apuntamientos desta señal †. En Salamanca en casa de Juan de Canova. 1556. 4. Miror hunc libellum saepissime non recudi, cum tanta, & tam frequens sit hominum superstitio. Verum nunc alii libri aestimari non solent praeter eos qui scripti sunt, vel stilo ludicro, vel mordaci, vel a quibus lectores paucis mensibus omnia discere, & scire sibi videantur.

*Confessionario del Maestro Ciruelo, Canonigo de Salamanca nuevamente corregido por su mano: que es Arte de bien Confessar; assi para el Confessor, como para el Penitente. M. D. XLIII.* In fine ita scriptum est. A loor de Dios, i de nuestra señora la Virgen Maria su madre bendita, i señora nuestra, se acabò este Tratado de Confession, compuesto por el venerable, i reverendo señor el Maestro Pedro de Ciruelo, Maestro en santa Theologia con los Casos Papales, i Episcopales. Fue impresso en la florentissima Universidad de Alcalà en casa de Joan de Brocar a veinte dias del mes de Agosto: del año de mil, i quinientos, i quarenta i tres años. 8. Libellum hunc dicavit Petrus Ciruelus Curionibus, & Conscientiarum moderatoribus septem Ecclesiarum Patriae suae Darocae, ubi ipse aliquot annos sacras habuerat conciones. Hoc opusculum non inepte diceretur esse institutio quaedam Theologiae Moralis, cujuslibet captui accomodata.

Sed ne tanto viro debitas laudes praetermittam, libenter transcribam quas memoriae mandavit Alvarus Gomecius immortalis opere *de Rebus Gestis Francisci Ximenii, lib. IV.* ubi Doctores enumerans, quos Complutensi suae Academiae praefecit literatorum patronus liberalissimus Ximenius, ita scripsit. *Sancti Thomae enarrationi* (praefecit) *Petrum Siruellum Darocensem, indefessi in studiis laboris hominem, librisque perpetuo adhaerentem, cujus permulta scripta, quae passim inter philosophiae studiosos publice edita circumferuntur, ejus diligentiam, & eruditionem non vulgarem indicant.* Hunc ego puer jam octogenarium Compluti vidi, adhuc vigorem suum retinentem: cujus illud dictum in ore omnium tunc habebatur, nunquam a se diem suavius peragi, quam cum populus tauroboliis, aliisve publicis ludis occupatus, aedes sibi liberas interventoribus faciebat: solidus enim ille dies studiis daba-



dabatur. Nam quicquid temporis studiis non impertiebatur, perire existimabat. Penuria auditorum ejus gymnasium semper laborabat, cujus rei causam cum aliquando rogaretur, ad hunc modum (ut ajunt) respondebat. Sancti Thomae doctrinam incomparabilem quidem esse, prorsusque cubicis figuris persimilem, quae utcumque jaciantur, firmiter sedent; caeterum cibi solidi instar, nisi lento ventriculi calore percoquatur, nullum est corpori alimentum allatura. Id autem Hispanorum ingeniis repugnare, quibus omnis mora molestiam incutit.

## FERDINANDVS NONNIVS PINTIANVS.

MDXX.

Ab Academia Complutensi ad Salmanticensem transeamus. De ea sic Matamoros in libello de Asserenda Hispanorum eruditione. Haec Lycurgos, & Solones alii, & praeter paucos Monachos eximie doctos, quos nuper Caesar Tridentum ad Concilium vocavit, unum habet Ferdinandum Pintianum multae, & variae lectionis virum, quo nemo vivit hodie, aut veterum auctorum literate peritior, aut utriusque linguae callentior. Hic post edita quamplurima optimi, acerrimique judicii, & abstrusioris doctrinae monumenta; doctissimas item in Cajum Plinium Observationes; opus, ut infiniti laboris, ita quidem utilitatis ingentis, proxime in lucem emisit. Verum nescio quo malo fato adhuc sit, ut Salmanticenses viri graves, & qui primum scholas ingressi, ad honores statim, & reipublicae administrationem, cuncta suo nutu gubernaturi, spirant, tanta eloquentiae neglectione laborent, quantam nec legum, quas profitentur, majestas, nec studium boni patroni, nec illa ipsa Consilia Regia, quibus seu Minoes, & Rhadamanti adhibentur, quoquo pacto ferre possunt. Qui, si Platonem aliquando, aut Ciceronem in manus sumerent, dubitare equidem non possum, quin essent percepturi animis ingens in eloquentia verti momentum optimae gubernandae Reipublicae. Opportuna illi temporis doctrina: & nostro forte opportunior! Ferdinandi Nonnii Guzmanii, vulgo dicti Pintiani, & Commendatoris Graeci, propterea quod erat Eques Jacobaeus, & Graecam linguam egregie callebat, haec habeo, legique scripta.

Las

*Las ccc. del famosissimo Poeta Juan de Mena con otras xxiiii. Coplas, i su glossa, i la Coronacion del mesmo Poeta: i otras Cartas, i Coplas, i Canciones agora nuevamente añadidas. In fine ita legitur. Fue emprendida la presente obra de las cincuenta, o Coronacion llamada, del mui famoso Poeta Juan de Mena en la mui noble, i leal Cibdad de Sevilla por Jacobo Cronberger Aleman, año del Nacimiento de nuestro Salvador Jesu Christo de mill i quinientos i veinte años. a ocho dias del mes de marzo fol. Johannes Mena fuit Ennius Poëtarum Hispanorum, ingenio maximus, arte rudis. Illustravit eum Commentariis eruditissimis Ferdinandus Nonnius Pintianus.*

*Todas las obras del famosissimo Poeta Juan de Mena con la Glossa del Comendador Fernan Nuñez sobre las Trecientas agora: nuevamente corregidas, i enmendadas. En Anvers. En casa de Martin Nucio. Con privilegio Imperial de cinco años. An. M. D. LII. 8. Haec editio accomodatior est ad legendum, quam praecedens.*

*Ferdinandi Pinciani Graecae, Latinaeque Linguae peritissimi in Salmanticensi Gymnasio Professoris praestantissimi, in omnia L. Annae Senecae Philosophi scripta ex vetustissimorum exemplarium collatione, Castigationes utilissimae. Venetiis MDXXXVI. 4. Auctor in his Castigationibus diligentissimum criticum se exhibuit. Audiamus Justum Lipsium in Introductione Lectoris ad Cornelii Taciti opera. Alter ab eo (Desiderio Erasmo) Ferdinandus Pincianus est: vir, ut verbo dicam, germanae criticae exemplar: cui maximam partem sanum Senecam, meo quidem suffragio, transcribas. Bonis in Hispania libris & bene est usus; non praeceps, non praepes, acutus tamen, et sagacitate ac modestia pari. Sed ille in solo textu emendando fuit: sensa non attigit, neque aliter illustravit. Sed quanta fuerit Pintiani diligentia melius ab ipso discemus. In Castigationum Dedicatione sic ait. Nos igitur veluti spicilegium facientes, tantorum messorum vestigia consecrati, non pauca observavimus, laboriosa sane ac exquisita diligentia usi exemplaribus scriptis & pervetustis quindecim, & eo pluribus, summa industria, & labore hinc inde conquistis. De modo vero scribendi sic ipse paullo post. Brevitati inprimis studuimus, vel operis conditione id ex-*  
*poscente,*

poscente, in quo majorem partem Castigationum nostrarum fulciendam habuimus, non varia, & remota auctorum lectione (ut alias fieri assolet) sed sola antiquorum codicum fide, vel quod potius bonis horis studiosorum lectorum parcendum erat, in tanto praesertim antiquissimorum, & eminentissimorum auctorum proventu, qui felici quadam nostrorum temporum sorte quotidie eruderantur. Castigationes suas dicavit Cardinali Johanni Taverae, Archiepiscopo Toletano, a quonec gratias ullas, neque responsum accepit, ut ipse memorat in *Epistola ad Hieronymum Suritam apud Dormerium in Progressibus Historiae in Regno Aragonum, pag. 532.* Idem nobis contigit cum Cardinali Florido, & Josepho Patinio.

Scriptit etiam Pintianus *Castigationes in Pomponium Melam*, easque dicavit Johanni Quinoni anno 1543. & nullum responsum ab eo accepit, ut ipse refert in laudata *Epistola*. Hae Castigationes continentur in libro cui titulus est: *Pomponii Melae de Situ Orbis libri tres.* And. Schottus Antuerpianus recensuit, & spicilegio illustravit. Additae Hermolai Barbari, & Fredenandi Nonnii Pintiani *Castigationes.* Antuerpiae, ex Officina Christophori Plantini. M. D. LXXXII. Ecce Castigatoris modestiam, & patientiam. Non tantum (inquit) mihi assumo, ut putem auctorem, praeter caeteros qui ad tempora nostra descenderunt, miserabiliter depravatum, pristino statui reposuisse. Nec enim opus undique absolutum, & ut dici solet, sartum tectum promitto. Erunt proculdubio non pauca, quae nos subterfugerint. Ea viri doctrinis excellentes, quorum ubi studia liberalium disciplinarum sunt in honore, magnus est hac tempestate proventus, in lucem eruent. Ego in postremo terrarum orbe prope dixerim relegatus, omnibus litterarum praesidiis desitutus, ocio ad scribendum, copia emendatorum codicum, consuetudine vel mediocriter doctorum, spe omni, aut emolumenti, aut honoris, aut obscurae saltem grati animi significationis; multis insuper sollicitudinibus, & anxietatibus vexatus, quae mihi ab invidis, ingratis, perfidis, & sceleratissimis hominibus conflatae sunt; quod tamen inter tot difficultates mediocri diligentia, ingenio, lectione, consequi potui, ad communem studiosorum utilitatem in medium protuli. Idque quam paucissimis verbis fieri potuit. Ne (quod plerique omnes auctorum ex-

H

positores

positores libenter factitare solent) ego quoque in Pomponium (brevissimum alioqui scriptorem) longas conderem Iliadas. Haec Pintianus in fine *Castigationum*, quibus *Praetermissa in Melam* addidit. Isaacus Vossius plurimi fecit Ferdinandi Nonnii laborem, sic enim scripsit *Praefatione in Melam*. *Ex iis qui Castigationes in hunc edidit auctorem, solus nobis profuit Pintianus. Vir iste, quantumvis nobili apud suos ortus loco, plus tamen literis, quam natalibus debet. Et tamen vir tantus, neque poterat sufficere sumtus ad libros suos edendos; neque aliud optabat, quam ut ii quibus opera sua dicaret, eos sufficerent, & sibi haberent libros; & nunc vix nomen retinet inter paucos. Ad rem. Justus Lipsius, *Electorum lib. II. cap. 8.* licet Stoice, more suo loquens, *Fatum* (inquit) *hoc esse censeo Criticorum, ut labor eorum fructus majoris in publicum sit, quam famae. Vide veteres, vide nostros. Paucos reperies, quorum nomen, aut late fuffum, aut diu perennavit. Vel in Ferdinando Pintiano hodie quam indignor? Qui re vera vir eximius, vix tamen e vulgi tenebris se exemit; & paucis doctis in occulto laudatus, jacet etiam nunc ignoraturque inter suos. At, si acuminis, & judicii aliqua laus est; huic eam recte tribues. Si fidei, & modestiae; magis. Non alium ego vidi, qui minus adfectate hoc egerit; & qui Criticam istam magis puriter coluerit, sine ambitione, sine fucoco. Plinius, Seneca, Mela, testes: sed primus ille imprime (forte imprimis) per cujus sexcentas salebras, & aestuantia vada pervasit felici quodam ingenii, & judicii vento. Sed quid in Pintiani laudibus immoror, cujus scripta quae habeo, non vitam referre debeo? Hanc scripserunt Andreas Schottus, & Nicolaus Antonius. Dignissimae tamen lectu sunt ejusdem Pintiani *Epistolae ad Hieron. Suritam*, quas edidit Josephus Dormerius vir de Republica Literaria praeclare meritus in *Progressibus Historiae in Regno Aragonum*, pag. 531. & sequentibus. Omitto ejusdem Pintiani Salmanticensem *Adagiorum* editionem, quam habeo in folio, quia est acephala, & ex ea elici non potest quo anno in lucem prodierit: quod aliquando scivi; sed, cum nunc properans, quantum possum, scribam, id inquirere non vacat.**

FERDINANDVS ARCAEVS  
BENEVENTANVS.

MDXXXIII.

Nunc memorandus est *Ferdinandus Arcaeus* Beneventanus, qui Salmanticae Latinam linguam professus fuit, ibique decessit, in cuius mortem quinque epitaphia composuit *Jacobus Salvator Murgensis*. Hujus scriptoris habeo libellum hoc titulo.

*Ferdinandi Arcaei Beneventani Adagiorum ex vernacula, id est, Hispana lingua, Latino sermone redditorum Quinquagenae quinque. addita ad initium cujuslibet Quinquagenae Fabella. Cum superioris facultate. 1533. 8.* Arcaeus vertit metricè Adagia Hispana. Consul-  
tius fuisset ostendere, quatenam in Lingua Latina eis responderent.

ALEXIVS VANEGAS.

MDXLIIII.

Tempore, quo in Hispania suus litteris honor incipiebat esse, nihil magis curabatur, quam ut pueri haberent magistros probitate, & doctrina insignes. His dotibus mirifice ornatus fuit *Alexius Vanegas*, seu *Venegas*, integer vitae, scelerisque purus, & lectionis stupendae vir. Opera quae habeo hujus doctissimi scriptoris, sunt sequentia.

*Agonia del Transito de la muerte, con los avisos, i consuelos, que cerca della son provechosos. Aora nuevamente escrita por el Maestro Alexo Vanegas.*

*Dirigida a la mui ilustre señora Doña Ana de la Cerda, Condesa de Melito, señora de la Ciudad de Rapolla, i sus Baronias etc. su S. M. D. XXXVII. Aprilis XX. die.*

*Por comission, i mandato de su ilustrissima Señoria al mui R. S. el Dotor Blas Ortiz, Vicario General de Toledo, i su Arzobispado: i con su licencia según la Constitucion Sinodal LXXVIII.*

*Corregido nuevamente por el mismo Autor, Año M.D.XL. Maio XV.*

*Impresso en Zaragoza en casa de George Coci. Año de M.D.XLIII.*

*In fine sic legitur. Fue impressa la presente obra en la noble Ciudad de Zaragoza en casa de Pedro Bernuz, i Bartholome de Nagera. Acabose a XVIII. dias de Abril. Año de M. D. I, XLIII. 4. Ex auctoris epistola ad Dionysium Vazquez Sodalitii Eremitarum, constat eum scripsisse hunc doctissimum librum octo mensibus. Habeo aliam editionem sic inscriptam.*

*Agonia del Transito de la Muerte con los avisos, i consuelos, que cerca della son provechosos.*

*Dirigida a la mui ilustre señora Doña Ana de la Cerda, Condesa de Melito &c. Autor el Maestro Alexio Venegas.*

*El primer punto de los seis en que se divide la obra, es, que la vida del buen Christiano es un prolongado Martirio.*

*El segundo trata del aparejo, i testamento de la buena muerte.*

*El tercero como se avrá el agonizante contra los recuentros del enemigo.*

*El quarto de los quatro lugares de las almas, i la habla, i comunicacion dellas.*

*El quinto del valor de los sufragios, missas, i bulas, i lo demas.*

*El sexto del consuelo de los vivos por la muerte de sus difuntos.*

*Al fin va la glossa de los vocablos oscuros.*

*Impresso en Alcalá. con licencia. Año de M. D. LXV. 4. Lectori commendavit hoc opus Alphonsus Cedillus, Ecclesiae Toletanae Portionarius, & quondam magister Vanegae, cujus doctrina minime vulgaris est, & ejusdem pietati consona. Declaratio sententiarum verborumque obscurorum hujus libri, si verborum origines spectes, multa continet inepta; si doctrinam, non pauca lectu dignissima. Fol. 202. meminit auctor libelli a se scripti, cui titulum fecit, *Privilegia Nibili*, cujus nullam notitiam dedit Nicolaus Antonius.*

*Alvari*

*Alvari Gomez de Militia Principis Burgundi, quam Velleris aurei vocant, ad Charolum Caesarem ejusdem Militiae Principem libri quinque. Ad magnum item Philippum Juventutis Principem in ejusdem Velleris locos obscuriores Alexii Vanegas Brevis Eucleatio: Mense Novem. 1540. In fine libelli haec leguntur. Toleti. In aedibus Johannis de Aiala 20. die Novembris. Anno Virginei Partus 1540. 4. De Alvaro Gomezio, cujus libros quinque de Militia Principis Burgundi, heroicis carminibus conscriptos, docte enucleavit Alexius Vanegas, magnifice hic loquutus est initio Eucleationis suae in hanc sententiam. Fuit inter nostrates Poetas eximius: & in confessu Latinorum nemini secundus ingenio. Edidit plura opera. Ex iis quae passim circumferuntur, sunt Thalickristia, Musa Paulina, Proverbia Salomonis, Elegiae in septem Poenitentiae Psalmos. In oratione vero soluta, unum dumtaxat (quod sciam) mirificum opus de profligatione bestiarum. Atque hoc ipsum de Vellere aureo mirificum opus varia eruditione referunt. Hoc quamvis nunc primum in lucem prodiit; primum omnium ab authore fuisse editum satis constat: utpote quod in Flandria, dum in Caesaris aula juvenis adhuc versaretur, concinnaverit. Meruit enim non militiae modo, sed togae etiam in Dictatoris aula gentilicius, ac splendidus eques; praeter id quod Caraccensium (quos nunc Guadalajarenses dicimus) apud ipsum Caesarem egerat oratorem. Idiotismo praeterea Carpetano Poeta nostras Hispanis suis nonnihil innotuit. Transtulit namque Petrarchae Triumphos. Scripsit item de Conceptione Virginis opus aureum. De tribus etiam Mariis aliud. Poetica vero Theologia, quam postremo composuit, adeo est omni scientiarum genere refertissima, ut praeter id quod grandi boatu resonat, vernaculis poematis hujus authoris palmam eripiat. Aliis denique scriptis opusculis, licet non editis, obiit quinquagenarius anno Domini 1538. Julii die 14. hora vero noctis 10. diei Dominicae. Adde eundem Vanegam in Epistola ad Lectorem, quam praemisit laudati Alvari Gomezii Theologicae Descriptioni Mysteriorum sacrorum, ubi praeter laudes in Gomezium collatas, praeclare docuit difficultatem exercendae censurae in libris. Porro quod ait Vanegas, suo tempore passim circumferri Gomezii libros; nunc adeo rari sunt, ut jam triginta anni elapsi fuerint*

ex quo a me summa diligentia *Talichristia* quaeritur, & nondum inventa est. Vide quo maligno animo conjuratum sit, ut ejus memoria non supersit, ne cujusdam impostoris fraus apertius detegatur. Quod vero attinet ad Vanegam, Enucleationem suam paucissimis horis elucubravit singulis noctibus scribens, quae typographis excudenda traderet, interdium, ut ipse ait alicubi, *Sisyphio* morali districtus. Unde liquet hominis in docenda tenera aetate infatigabilis labor, & in scribendo, facilitas, quacum conjunxit doctrinam minime vulgarem. Eum aliquando solitum versiculos pangere indicat quod ait in hac *Enucleatione*, ubi de Ricorum Hominum Caldariis agens, ita scripsit. *Ricus Homo praeterea more regio signum Regium Caldariamque gestare poterat, cum eques nec vexillum quidem. Quid vero Caldaria seu calidaria (quae vulgo Caldera dicitur) innuat, in elogio quodam, quo Manrici de Lara Ducis Najarensis insignia interpretati sumus, enucleavimus. Carmina sunt haec, quorum primum typographi incuria depravatam emaculavimus,*

*Parma duces referens Regum de stirpe creatos*

*Continet in campo regia signa suo.*

*Id si quaesieris, res ipsas aspice prudens;*

*Nam mutis sermo rebus inesse solet.*

*Imperat ecce Leo cunctis animalibus: unde*

*Qui gerit hoc animal, creditur esse leo.*

*Si tamen assurgat, qui fortior arma capebat,*

*Munitus Castris fortis in arma ruet.*

*Obsequium praestant elixa carne lebetes,*

*Prandeat esuriens ut bene tota cohors.*

Vanegas saepissime ait patronum suum fuisse, Doctorem Johannem Bernardum Diaz de Luco, postea Calagurritanum Episcopum, virum doctissimum, & multis scriptis celeberrimum.

*Primera Parte de las Diferencias de Libros, que ai en el Universo, declaradas por el Maestro Alexio Venegas. Dirigida al Reverendissimo Señor el Dotor Bernal Diaz de Luco, Obispo de Calaborra, i del Consejo de Su M. &c. su Patrono, i S. 1545.*

*Aora*



*Aora nuevamente emendada, i corregida por el mismo autor.*

*Los Libros que esta Primera Parte contiene, son quatro.*

*El Primero original de la Concordia de la Predestinacion, i del Libre Alvedrio.*

*El Segundo Natural de la Filosofia deste Mundo visible.*

*El Tercero Racional del oficio, i uso de la Razon.*

*El Quarto Revelado de la autoridad, i firmeza de la Sagrada Escritura. In fine libri sic legitur. Fuc impressa la presente obra en la Imperial Ciudad de Toledo en casa de Juan de Ayala. Acabose a quatro dias de Enero. Año de milquinientos i quarenta i seis. 4. Primus liber arcanam, & utilissimam doctrinam continet: Secundus scriptus est secundum Platonis, Aristotelis, & Ptolemaei sententias, opinionesque: Tertius Philosophiam Christianam egregie docet: Quartus, Theologiam Moralem. Quas Scientias in his, & similibus libris ego didici, neque mihi unquam in mentem venit Casuistas consulere, quos pulcherrime descripsit politissimus scriptor, Janus Vincentius in Hydra Mystica.*

*Tratado, i Platica de la Ciudad de Toledo a sus vecinos afligidos, en que se muestra, como los males de pena que padecemos, son por nuestros pecados. I como se han de aver los discretos siervos de Dios en el trabajo. Autor el Maestro Alexio Venegas de Busto. Puesto en orden, i corregido por el Padre frai Rodrigo de Yepes, profeso, i predicador de San Hieronimo el Real de Madrid. Impresso con Privilegio en el dicho Monesterio, año de 1583. 4. Hic tractatus excusus est una cum Historia Virginis Florentinae, quam edidit memoratus Yepes, cujus scripta plena sunt fabellis, quas multi pronis auribus acceperunt. Vanegae vero opusculum, pium, doctumque est, ut caetera omnia ejusdem scriptoris, de quo lubet hoc addere. In librorum censura fuit diligentissimus; nec minus consuluit auctorum famae, quam lectorum utilitati; minutissime animadvertens quae sibi notanda videbantur, ut demtis illis opera sine offendiculo legi possent, ut videre est in Censura, quam jussu Regii Castellae Senatus fecit libelli sic*

sic inscripti. *Risa i Planto de Democrito, i Heraclito, traducido de Italiano en nuestra lengua vulgar por Alonso de Lobera, Capellan de su Magestad, impresso en Valladolid año de 1554. 4.*

L. ANDREAS RESENDIVS.  
MDXL.

Inter eos qui humaniores literas in Lusitania instaurarunt, jure suo ante omnes memorandus est L. *Andreas Resendus* Dominicani Sodalitii, cujus schema Summi Pontificis venia praecedente justis de causis dimisit, jussusque ludum aperire in Regia Curia Johannis III. Opera quae possideo hujus scriptoris, sunt haec.

*L. Andreae Resendii de verborum conjugatione Commentarius. Olisipone apud Lodovicum Rhotorigium typographum. In fine libri legitur, M. D. XL. 4. Quae Resendus docet in hoc libello, cum opus est, antiquorum testimoniis confirmare solet.*

*L. Andr. Resendii Lusitani, Epistolae tres Carmine.*

*Duae ad Lupum Scintillam Jurisconsultum peritissimum.*

*Una ad Petreium Sanctium Poëtam.*

*Item Epistola prosa oratione pro Colonia Pacensi, ad Joannem Vasacum, virum doctissimum.*

*Permissu & auctoritate Reverendi Patris fratris Francisci Forerii. Olisipone, in officina Joannis Blavii Coloniensis, Typographi Regii. M. D. LXI. 4. Ut Resendum laudem, utar verbis doctissimi viri Joannis Vasaei Brugensis Chronici Rerum memorabilium Hispaniae tomo priore (qui unus lucem vidit) cap. 6. ubi sic scripsit. L. Andreas Resendus Lusitanus, Theologus, Orator, & Poëta insignis, & Reverendissimi, ac Serenissimi Cardinalis, & Principis D. Henrici a Concionibus, vir antiqua mihi benevolentia, eaque olim Lovanii incepta conjunctus, & mei in Hispaniam adventus quodammodo autor, certe incitator. Is me in hoc opere libris antiquis manu scriptis, schedis suis, judicio, copiose juvit; neque quicquam habuit antiquitatis, cujus ipse*

non

non solum est curiosissimus, sed etiam scientissimus, quod mihi pro candore suo non benignissime communicavit. Praeterea, si quid mihi suboriretur scrupuli, ad illum tanquam ad asylum quoddam semper confugi, cujus exactissimum in re literaria iudicium non ego solum semper maximi feci, sed & Nicolaus Clenardus, cujus hoc quoque de Resendio nostro in schedis elogium reperi. Andreas Resendus Poeta insignis, tanta carminis majestate, tam nervosis inventionibus donatus ab Apolline, ut si in studio poetico perduraret, tam nobilem vatem haberet Eborae, quam genuit olim Corduba.

L. Andr. Resendii Lusitani, ad Epistolam D. Ambrosii Moralis, viri doctissimi, inclytæ Academiae Complutensis Rhetoris, ac Regii Historiographi Responsio. In fine ita legitur. Permissu & auctoritate Dominorum Inquisitorum, Andreas Burgius Typographus Serenissimi Principis Cardinalis, impressit Eborae mense Maio. M. D. LXX. 4. Ambrosius Morales multa quaesivit a Resendio, qui ad omnia respondit. Videlicet.

*De Inscriptione Pontis Alcantarensis.*

*De adsumpto & continuato apud Gothorum Reges in Hispania Praenomine Flavius.*

*Ecquid insigne memorandumve alteruter Recaredus Eborae fecisset.*

*An fuerit Acosta, sive Rex, sive Tyrannus?*

*De Emeritensi Concilio.*

*De Numismatis Eboensis inscriptione.*

*De inscriptione templi siti prope flumen Exarramam.*

Ad extremum misit Morali carmen ad Sebastianum Lusitaniae Regem serenissimum ob regni adceptum regimen. Haec Epistola data fuit Eborae XIV. calendas Aprilis M. D. LXX. initio multum queritur de Barrerio, sibi parum grato ob acceptas antiquitatis notitias. De se vero Resendus inter alia haec scripsit. Ego, nondum annos decem & treis excesseram, quum istheic, curante matre, nam patre orbatus pridem eram, Antonio Nebrissensi Praeceptoris operam dedi. Sed coorto inter funebria iusta, quae Cardinali Academiae Patrono (Xime-

nezio) per eos dies mortalitatem exuto, solvebantur, nescio quo inter municipales, & Scholasticos tumultu, abductus inde sum. Ea tempestate neque tam validum, neque tanta opulentia oppidum esse videbatur. Verum crevit Academia, magistris semper eruditissimis florens, edque confluxere lectissimi adolescentes, summorum hominum liberi. Quo effectum est, ut nulli urbium Complutum jam cedat.

*Ad Philippum maximum Hispaniarum Regem L. Andreae Resendii Lusitani. Ad maturandam adversus rebelles Mauros expeditionem cohortatio. In fine sic legitur. Permissu, & auctoritate Dominorum Inquisitorum. Eborae. Excudebat Andreas Burgius Typographus. Mense Martio. M. D. LXX. 4.* Cohortatio haec carmine heroico scripta est. De Resendii facultate Poëtica jam supra retulimus Clenardi iudicium.

*De Antiquitatibus Lusitaniae libri quattuor a L. Resendio inchoati, a Jacobo Mendez de Vasconcellos absoluti: & quintus liber de Municipii Eboensis antiquitate ab eodem conscriptus.*

*Cum aliis opusculis, versibus, & soluta oratione ab eodem Jacobo Mendez de Vasconcellos, Michaële Cabedio, & Antonio Cabedio elaboratis.*

*Quae omnia collegit, emendavit, ac typis summa industria commisit Doctor Gondisalvus Mendez de Vasconcellos, & Cabedo Lusitanus.*

*Romae, apud Bernardum Basam. M. D. XCVII. 8.* Resendii eruditio omnibus nota est. De Jacobo Mendez, & Michaële Cabedio videri potest Schottus in *Bibliotheca Hispaniae*.

## JOAN DE MALLARA.

MDLXVIII.

*La Filosofia vulgar de Joan de Mallara, vecino de Sevilla a la C. R. M. del Rei Don Felipe nuestro señor dirigida. Primera parte que contiene mil Refranes glossados. En la calle de la sierpe. En casa de Hernando Diaz. año 1568. fol. Quia ego vixi Salmanticae in via serpen-*

serpentis, inde colligo, hunc librum in ea fuisse excusum. In hoc opere auctor moralem agit philosophum. In Adagiorum explicationibus prolixus ille quidem; sed doctus, & lectu dignus. *Centuria I. adagio 15.* ait, se fuisse discipulum Petri Fernandez. Fuit amicissimus Francisci Sanctii Brocensis, qui Mallaram, suum Pyladem vocavit in *Commentario ad Alciati emblemata 130.*

*Refranes, o Proverbios en Romance, que coligid, i glosso el Comendador Hernan Nuñez, Professor de Rhetorica, i Griego, en la Universidad de Salamanca.*

*I la Filosofia vulgar de Juan de Mal-Lara, en mil Refranes glossados, que son todos los que hasta aora en Castellano andan impressos.*

*Van juntamente las quatro Cartas de Blasco de Garai, hechas en Refranes para enseñar el uso dellos. Año 1621. Con licencia en Lerida. A costa de Luis Manescal Mercader de libros. 4. De Adagiis, quae collegit, & glossulis illustravit Ferdinandus Nonnius Pintianus, legi debet Johannes Paëz de Castro in Epistola ad Hieronymum Zuritam apud Josephum Dormerium in Progressibus Historiae in Regno Aragonum, pag. 467. quod vero ait Typographus, aut quicumque alius, in mille adagiis a Mal-Lara glossis illustratis (adde etiam si placet a Pintiano collecta) contineri eo usque excusa, certe falsum est: Nam, ut omittam Ferdinandum Arcaeum, cujus supra mentionem feci, habeo librum cum hoc titulo.*

*Los Refranes que recopilò Iñigo Lopez de Mendoza por mandado del Rei Don Juan, agora, nuevamente glossados. En este año de mil i, D, i, XLI. 8. Item alium sic inscriptum. Libro de Refranes, copilado por el orden del A. B. C. en elqual se contienen quatro mil i trecientos Refranes. El mas copioso, que hasta hoi ha salido impresso. Año M. D. XXXIX. en Zaragoza. Et ad finem sic legitur. Fue impresso el presente libro en la mui noble, i leal Ciudad de Zaragoza en casa de Juana Milian, biuda de Diego Hernandez, a costa de Miguel de Zapila. Mercader de libros. Acabose a XIII. de Setiembre año de mil i quinientos i quarenta i nueve. 4. In epigrammate quodam quod hujus libelli auctor suae Adagiorum Collectioni praeposuit, prodit se hac acrostichide, Mosen Pedro Vallès auctòr,*

Habeo praeterea alium libellum cum hac inscriptione. *Refra- nes, i Avisos por via de consejos hechos por uno de Morella, en dere- zados a unos amigos suyos casados, impressos en Valencia junto al mo- lino de la Rovella en el año de M. DLI. 8. quanquam hic libellus non tam Adagia, quam sententias continet versibus expressas.*

Habeo denique alium librum cum hoc titulo. *Medicina E- spañola contenida en Proverbios vulgares de nuestra lengua, mui pro- vechosa para todo genero de estados, para Filósofos, i Medicos, para Theologos, i Juristas, para el buen regimiento de la salud, i mas lar- ga vida, compuesta por el Dotor Juan Sorapan de Rieros, Medico i Fa- miliar del Santo Oficio en la Inquisicion de Llerena, i Granada, i de su Real Chancilleria. Con Privilegio. Por Martin Fernandez Zam- brano 1616. 4.*

Quod attinet ad Epistolas Blasii de Garai Adagiis contextas, probant eae Adagiorum copiam, quibus Hispana lingua abundat, & auctoris ingenium, qui satis apte argumentis suis quamplurima ac- commodavit.

## MICHAEL SALINAS.

M. D. XLI.

*Rhetorica en Lengua Castellana, en la qual se pone mui en bre- ve lo necessario para saber bien hablar, i escribir: i conocer quien ha- bla, i escribe bien.*

*Una manera para poner por egercicio las reglas de Rhetorica.*

*Un Tratado de los avisos en que consiste la brevedad, i abundancia.*

*Otro Tratado de la forma que se deve tener en leer los autores, i sacar dellos lo mejor para poderse dello aprovechar quando fuere mene- ster. Todo en lengua Castellana: compuesto por un fraile de la Orden de Sant Hieronimo. Con privilegio Imperial. M. D. XLI. In fine sic le- gitur. Fue impressa esta presente obra, i nueva invencion de Rheto-*

*rica en Romance a loor, i alabanza de nuestro señor Jesu Christo, i de su gloriosissima Madre, en la muy noble Villa i florentissima Universidad de Alcalá de Henares en casa de Joan de Brocar, a ocho dias del mes de Febrero, del año M. D. XLI. 4. Monachus hic Hieronymianus fuit Michaël Salinas, ut colligitur ex eo quod scripsit Ludovicus Gutierrez Librarius, in Epistola ad Lectorem, praemissa libro Apologetico ejusdem Salinae mox memorando. Hanc vero Rhetoricam satis diligenter elucubratam egregie laudavit Johannes Petreius Epistola scripta ad auctorem, quam hic describam, tum ut hujus operis dignitas intelligatur: tum ut Lector sciat cujusmodi esset Petrei eloquentia a suae aetatis hominibus maxime celebrata ob stili facilitatem, & elegantiam. Ea vero sic se habet.*

*Johannes Petreius Toletanus*

*Auctori hujus Operis D. D.*

*Quicumque in scribendo operae pretium aliquod sese facturos sperant; necesse est, ut, aut illi nova afferant in tanta scriptorum turba, aut rudem vetustatem dicendo superent, aut utroque praecellant, vel inventorum novitate, vel scribendi nitore, atque elegantia. Praeter hos & illi mihi jure laudandi videntur, qui ex aliis in alias linguas doctorum hominum monumenta transfundunt, & has quasi nundinas, & commercia literarum exercent. Nam, si eos inviolatos, & prope legatorum jure, hominum consensus esse voluit, qui convectandis ex longinquo mercibus, sui quaestus gratia dant operam; quanto illis plus debetur, qui non vili aliquo mercimoniorum genere; sed pretiosis scientiarum, & literarum thesauris alienas linguas locupletant? & ad animum pertinentes, quaeque non usu intereant, opes invehunt? Inter hos, cum alii jocundiores fabulas, multi comoedias, plerique etiam, qui majora tentant, veteres historias, vulgi auribus donent; nullus tamen haecenus extitit, qui disciplinas alia, quam, aut Latina, aut Graeca lingua tractarit, qui non ab his quasi mysteriis profanum vulgus arcendum putarit. Vilescere quippe communia, abdita contra, & rara, in pretio esse. Hac hominum persuasione latuerunt haecenus disciplinae, utriusque linguae finibus inclusae. Tu unus P. observande, ausus es haec*

claustra perrumpere, & ad ejus disciplinae consuetudinem vulgus admittere, qua non alia ad vitae usus, aut utilior est, aut jocundior; eaque felicitate, ut primus novum iter ingressus, exemplar secuturis vix reliquisse videaris, quod addant. Mitto quod ea proprietate, perspicuitate, ornatu, Hispanice tradideris, ut possis hac parte id quod praecipis, egregie praestitisse videri: tum eo temperamento, ut nec copia fastidium, nec breuitas obscuritatem attulerit. Illud vero singulariter est tuum, quod res alioqui difficiles explicatu, sic in usus linguae traduxeris, ut Latine eadem tractantibus magnam sis lucem allaturus, & harum rerum alioqui rudes, vel ex hoc tuo instituto possint non mediocriter proficere. Adaptasti in id exempla non abhorrentia a vulgi consuetudine, quantumque licuit, in sacrarum concionum usum accommodasti. Debet igitur tibi multum nostra lingua, quae, ut arbitror, inter omnes hoc a te habebit beneficium, ut rationem dicendi non ab aliis sit acceptura. In ea enim sum sententia ut existimem eas esse linguae nostrae divitias, cultum, delicias, urbanitatem, ut vel iis quae in summo habentur pretio, non sit cessura. Quamobrem in ea excolenda non sine fructu & tradentis, & addiscentis insumetur opera, quod si fiat, magnos prope diem spero in Hispana eloquentia profectus, quorum tibi bona pars debetur hujus rationis, & instituti auctori. Bene vale.

*Tratado para saber bien leer, i escrevir, pronunciar, i cantar letra, assi en Latin, como en Romance. Caesaraugustae 1551. In fine sic legitur. Fue impresso el presente libro en la mui noble ciudad de Zaragoza en casa de Pedro Bernuz: i acabose el postrero dia del mes de agosto: año de mil i quinientos i cinquenta i uno. 8. Hujus libelli auctor fuit Monachus Hieronimianus, ut colligitur ex ejus Prologo, & ex eo quod legitur fol. 11. Idem Auctor fol. 13. & 14. ait se scripsisse de Accentu. Itaque conjector fuisse eundem Salinam, cujus libellus multà continet scitu digna.*

*Libro Apologetico, que defiende de la buena, i docta pronunciacion, que guardaron los antiguos en muchos vocablos, i accentos, con las razones, que tuvieron, i ai para se tener, que fue buena, i sabia, i no ignorante ni mala segun que algunos de los modernos han reprehendido, i conde-*



condenado. Contiene tambien muchos avisos, i doctrina para los que professan esta facultad. Hanlo visto, i aprovado muchos, i doctissimos varones afirman que del se saca mucha erudicion. Compuesto por el mui reveren. P. F. Miguel Salinas de la Orden del glorioso Dotor, i bienaventurado Padre Sant Jeronimo en el Monesterio de la gloriosa virgen, i martir Santa Engracia de Zaragoza. Ad extremum haec leguntur. Fue impressa la presente obra en Alcalà, en casa de Pedro de Robles, i Francisco de Cormellas. Año de 1563. 8. Hunc librum, ejusque auctorem maxime laudavit Laurentius Palmirenus in *Epistola* scripta Petro Sananto Sacerdoti in templo maximo Alcanicensi, praefixa huic operi. Verum alter Grammaticus, Palmireno multo doctior, & celebrior, imo omnium recentium Grammaticorum Princeps, Franciscus Sanctius Brocensis, longe aliter sensit, in *Epistola* praefixa *Annotationibus ad Virgilii Bucolica*, ubi ita legitur. Novissime vero Adolphus Mekerus ita dilucide, vere, ac eleganter de vera pronunciatione Graeca disseruit, ut facillimo negotio totam Italiam, Galliam, & Germaniam ab hac Gothorum, & barbarorum pronunciandi foeditate avocaverit. Hic me magna cura liberavit scribendi contra F. Michaëlem Salinas, qui fetidum, & ridiculum librum de docta (ut ipse somniat) pronunciatione confecit.

## ALVARVS GOMECIVS.

*Publica Laetitia, qua Dominus Joannes Martinus Silicaeus Archiepiscopus Toletanus ab Schola Complutensi susceptus est.* Ad finem ita legitur. Compluti. Excudebat Joannes Brocarius. 4. Hujus libri auctor, & concinnator fuit Alvarus Gomecius Eulaliensis, vir ingenii amoenissimi, & ingeniorum censor perurbanus, qui Latinas Graecasque literas professus est in Academia Complutensi.

*De Rebus Gestis a Francisco Ximenio Cisnerio, Archiepiscopo Toletano auctore.* Compluti apud Andream de Angulo, anno Domini 1569. fol. Johannes Vergara Toletanus (ut ait Andreas Schottus in *Hispaniae Bibliotheca*) Cardinalis Ximenii Historiam a se inchoatam Alvaro Gomecio, in eodem curriculo versanti, tanquam lampada tradidit, &

Et quasi rerum ab illo domi forisque gestarum Commentarios; carmine elogium tumulo inscripsisse contentus. Tantus enim popularis aurae gloriaeque contemtor extitit, nihil ut elaboratum ingenio, diligentiaque perfectum edi suo nomine pateretur. Huc usque Schottus. Gomecius autem tam excellenti materia praeparata, & a se aucta, scripsit prudentissime elegantissimeque Ximenii vitam Christianam, & politicam, atque Academiae Complutensis Historiam literariam magno iudicio, & amoenitate singulari, quam nullo modo imitari potuerunt, qui nostris temporibus tractarunt hoc ipsum argumentum. Valde miror inter tot libros passim recusos nullum locum habuisse hoc opus immortalitate dignissimum.

*Divi Isidori Hispalensis Episcopi opera, Philippi Catholici Regis jussu e vetustis exemplaribus emendata. Madriti ex typographia Regia. 1599. fol. 2. Vol.* Joannes Grial in Praefatione ad lectorem sic ait. *Etymologiarum emendatio Alvaro Gomezio Toletano viro inprimis erudito credita est, traditaque ipsi veterum codicum magna copia, quorum bona pars Gothicis (seu, si mavis Longobardicis) characteribus erat scripta. Quo ipse, varietate notata, ad Antonium Augustinum Tarraconensem Archiepiscopum, & Petrum Chaconem Romae jam tunc eommorantem singulis de rebus referret, quorum utrique id etiam a Rege fuerat injunctum, ut & ipsi collatis suis exemplaribus, quid sensus sui esset ad eundem Alvarum remitterent. Constat autem, omnes triginta, aut eo pluribus manuscriptis libris in hoc opere emendando fuisse usos. Sed Ant. Augustinum sanctissimum Antistitem, atque suis libris toto orbe notissimum. cum ad XII. librum perventum esset, hoc est, opere prope in medio, mors occupavit. Petrus Chacon (sic enim ipse se nostro, non Ciaconum, aut Ciaconium Italorum more, scribebat: ut qui Hispanum se, & Toletanum, quam Romanum, atque Sabinum haberi mallet) is igitur, quod multos annos in antiquis auctoribus emendandis versatus, de hoc opere restituendo imprimis cogitarat; dici vix potest, quantum opis attulerit, vir ingenio, industria, conjiciendi arte quadam singulari. Huc usque Grial. De Chacone idem testatus est Andreas Schottus in *Hispaniae Bibliotheca*, nam de eo loquens ita scripsit. *Idem in Divi Isidori Hispalensis Episcopi Origenes, seu Etymologias* (quas*

(quas Toleti jussu Philippi II. Regis Catholici edolandas susceperat Alvarus Gomecius, Graecarum litterarum doctor) rogatu illius compositis aliquot Neapolitanae Bibliothecae codicibus antiquis, observationes scripsit; breves illas quidem, ut solet, sed eruditas; quibus ex Servio Maronis interprete, Festo, Nonio, Divo Augustino, ceterisque melioris notae auctoribus (quorum Gothicis illis temporibus vel nomina audita fuisse, quis non miretur?) ad verbum pleraque transcripsisse ostendit. Haec Schottus. Cum igitur hoc ipsum observemus in Gomecii Notis; eo pluris faciendae sunt accedente labore, et censura maximorum criticorum. Silentio non praeteribo rem pessimi exempli, quam refert Bernardus Aldretus *lib. I. cap. 3. Antiq. Hispan.* omnia illa exemplaria operum B. Isidori, quae jussu Philippi II. ex Hispaniae Bibliothecis collecta fuerunt, illis nullo modo restituta fuisse.

## IACOBVS TEVIVS.

M. D. XLVI.

*Commentarius de Rebus a Lusitanis in India apud Dium gestis, anno salutis nostrae M. D. XLVI. Jacobo Tevio Lusitano auctore.* Commentarius hic brevissimo, et perspicuo stilo scriptus est. Excusus est ad calcem libri cui titulus est. *De Rebus Hispanicis, Lusitanicis, Aragonicis, Indicis, Aethiopicis, Damiani a Goes Lusitani, Hieronymi Pauli Barcinonensis, Hieronymi Blancae Caesaraugustani, Jacobi Tevii Lusitani, Opera, partim ex manuscriptis nunc primum eruta, partim auctiora edita. Coloniae Agrippinae in officina Birckmanica, sumptibus Arnoldi Myllii. Anno M. DC. II. 8.* qui libellus aurea, et selectissima continet opuscula.

*Jacobi Tevii Orationes, et Opera Poëtica.* Huic libello deest frontispicium. In ejus fine ita legitur. *Salmanticae excudebant haeredes Joannis a Junta Florentini, Anno a Nativitate Domini 1558. mense Augusto 8.* Tevium una cum Buchanano, et Mureto laudavit, ut egregium virum, Josephus Scaliger in *Epistola de vetustate et splendore Gentis Scaligerae, pag. 51.* et revera Orator fuit elegantissimus, et Poëta luculen-

tus. Humaniores literas Burdigalae, et Conimbricae magna celebritate professus est, uti referunt Andreas Schottus in *Hispaniae Bibliotheca*, et Jacobus Augustus Thuanus *Historiar. lib. LXXVI.*

## FRANCISCUS DECIVS.

M. D. XLVII.

*Francisci Decii Valentini De Scientiarum, et Academiae Valentinae laudibus, ad Patres Juratos, Senatuumque Literarium Oratio, per Onofrium Clementem discipulum non poenitendum publice habita. Anno 1547. Valentiae, Per Joannem Mey Flandrum, mense Octobri. 4. Legi meretur haec Oratio ab Historiae literariae amatoribus: caeteroquin ipsa potius est declamatio, quam Oratio. Adjunctae sunt Declamationes quatuor. I. pro Tabellione. II. pro Medico. III. pro Jurisperito. IV. pro Theologo: et Epistola cuidam, turpissimo se matrimonio immiscenti. Ut autem Declamationum argumentum melius intelligatur, ecce illud ex ipso Decio. Vir quidam Reipub. etiam post mortem studiosus, cum filium scripsit haeredem, qui artem omnium Reipublicae utilissimam excerceret. Quatuor relictus sunt; quorum primus Tabellio; alter, Medicus; tertius Jurisperitus; postremus, Theologus effectus est. Singuli itaque de haereditate contendunt.*

*Francisci Decii Valentini Patribus Juratis pro munere Oratorio Musis nuper condito Eucharistia, per Discipulum Pontium Patricium adulescentem publice habita. Valentiae. Ex Officina Joannis Mey Flandri. 1549. 4. Valentina Academia Decio debuit, ut cum antea solum traderentur Rhetoricae praecepta; eo excogitante, et urgente binae singulis diebus lectiones essent: quarum altera praeceptiones traderet; alterâ vero gravissimorum auctorum exempla illustrandis illis adhiberentur. Itaque Rhetorica, quae olim altero quasi pede tarda incedebat, utroque postea expedita gradiebatur, ut ipsius Decii verbis utar. Utinam illa methodus perseverasset! Nunc in nulla Hispana Academia veteres scriptores praeleguntur eo modo quo scimus praelegi solitos ab Antonio Nebrissensi, Ferdinando Nonnio, Petro Joanne Nunneseo, aliis-*

aliisque viris sapientissimis. Sed quoniam nostrum non est haec in ordinem redigere, sinamus alios suo arbitrio vivere.

Primi illi literarum in Hispania instauratores plura viva voce docuerunt, quam scriptis tradiderunt. Adde honoraria (ut nunc) fuisse exigua, sufficientia solum ad victum quaerendum. Hinc mirandum non est, si homines in omni literarum genere eruditissimi, pauca ediderunt.

## PETRVS RHVA.

M. D. XLIX.

Inter eos numerandus est Baccalaureus Petrus Rhua, qui aegre ferens Antonium Guevaram, Episcopum Mindoniensem, ficta pro veris obtrudere, in lucem dedit Hispana lingua: *Cartas de Rhua, Lector en Soria sobre las obras del Reverendissimo Señor Obispo de Mondoñedo, dirigidas al mesmo. 1549.* In fine haec leguntur. *Fue impresso en la mui noble, i mas leal Ciudad de Burgos en casa de Juan de Junta, Año 1549. 8.*

Est et altera editio, cui titulus praepositus. *Cartas Censorias, i prudente Critica sobre las Epistolas, i Obras Historiales del Ilustrissimo, i Reverendissimo Señor, D. Fr. Antonio de Guevara, Obispo de Mondoñedo, donde se advierten repetidos descuidos por el cuidado de Rhua, Maestro de Letras Humanas en las Ciudades de Avila, i Soria: i las saca a luz D. Felipe Ignacio Montero, Professor de Filosofia, i Letras Humanas. En Madrid por Manuel Gonzalez en su Imprenta, i Libreria. Año de 1736. 4.*

*Duplex libelli dos est: quod risum movet,  
Et quod prudenti vitam consilio monet.*

Eum ego Latinum feci, ac notis illustravi, et Illustrissimo Ottoni Friderico Comiti Lindeno, quem qui ignorat, hospes est in literis, misi edendum jussu ejus. Ibi multa dixi de hoc opere, et de ejus auctore, cujus animi candor fuit mirificus; eruditio, stupenda.

## PETRVS JOANNES OLIVARIVS.

M. D. LI.

*Pomponii Melae de Situ Orbis libri tres. Cum Annotationibus Petri Joannis Olivarii Valentini, Christianis. Reginae Francorum in*

literis alumni, viri in Geographia eruditissimi. Index praeterea locupletissimus, in fine operis adjectus. Lugduni, apud Antonium Vincentium. 1551. 8. Andreas Schottus in Praefatione Spicilegii sui ad Melam, sic scripsit. Huic (Pintiano) et Olivarius Valentinus succenturiatus esse voluit; sed post principia latuit. Emendationes, paucas licet, a Pintiano fere mutuatus est. In explicando peccat non raro: in nominibus propriis reddendis, saepius. Qua de causa Nomenclatorem Pomponianum, qui vetera nomina, et recentiora dicit; ex Synonymia Geographica Abr. Ortelii, v. c. sibi quique componet. Altera vero Olivarii editio nihilo priore melior: quam tot digressionibus, auctariis, & corollariis deformavit, ut Cosmographiae, & Geometriae principia (quae alibi quam in Mela didicisse oportuit) intempestive hic inculcet. Isaacus Vossius in Praefatione ad Observationes Melae sic de Olivarii editione censuit. Olivarii nescio cujus Commentariolus, imi subsellii magistellum prodit.

## ANDREAS SEMPERIVS.

M. D. LI.

M. T. Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, ad Quirites Oratio. Valentiae apud Joannem Mey Flandrum. 1551. 8. Suspicio edidisse hanc Ciceronis Orationem Andream Semperium, ejusdemque esse argumentum Orationi praemissum.

M. T. Ciceronis pro Lege Manilia Oratio, nunc denuo pulcherrimis scholiis illustrata, quibus artificium ostenditur. Valentiae apud Joannem Mey Flandrum. 1552. 8. Praefatiuncula, Orationis argumentum, & ejus Scholia, sunt Andreae Semperii; & haec quidem eo tendunt ut Orationis artificium explicetur.

Andreae Semperii Valentini Alcodiani, Doctoris Medici Methodus Oratoria: item & de sacra ratione Concionandi libellus; ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Dominum Gregorium Gallum Episcopum Oriolanum. Valentiae. Ex Typographia Joannis Mey. M. D. LXVIII. 8. Ut omnes sciant quantum debeat Semperio Academia Valentina; describam initium Praefationis ejus ad Lectorem. Cum fuisset (inquit) revocatus

vocatus

vocatus anno quinquagesimo nono a Consulibus Valentinis e Patria, ubi Medicinam exercebam, magna mercede conductus; ut hanc Academiam in pristinam, & usitatam auditorum frequentiam ab illa desertissima solitudine vindicarem, in qua misera fuerat collocata, triennium ab urbe non abeunte pestilentia: rem suscepi non invitus, quod viderem, horam unam tantum praelegendae Rhetoricae dandam esse; reliquum vero tempus in studiis Medicis consumendum: eamque mercedem annuam mihi proponi, quae nemini fuisset ante me tributa. Quod munus ut commodius, ac facilius explere possem; Tabulas quasdam Georgii Cassandri in Praeceptiones Rhetoricae jam a me multis additionibus antea locupletatas, praelegendas curavi. Quibus Oratorem ad Brutum, Elocutionem maxime commendantem adjunxi. Etenim neque libri de Oratore ad Q. Fratrem paucissimis praeceptis constantes; nec Partitiones alicubi plus justo breves, & exemplis destitutae; nec Auctor ad Herennium prolixus, & languidus; nec Quinctilianus opinionibus Oratorum recensendis obscurus, implicatus, et vastus; nec quisquam recentiorum ad tirones instituendos nobis accomodati videbantur. Absolutis autem iis, quae delegeram, & praelectis aliquot Orationibus Ciceronis (videlicet supra memoratis, & forte etiam aliis) incredibili discipulorum profectu; rogatus fui anno proximo, Schola jam industria nostra potissimum frequentissima, ut non amplius aliena scripta praelegerem; sed quae mihi viderentur ex omnibus praestantiora; quaeque fuissent a me tam diuturno docendi usu observata, dictarem. Placuit. Et haec sunt, quae tibi nunc typis excusa proferimus &c. Auctor in eadem epistola meminit libelli, quem edere paratus erat *De ordine praelegendi liberales artes: & De Exercitatione Oratoria.*

*Andreae Semperii Valentini Alcodiani, Doctoris Medici, Prima Grammaticae Latinae Institutio tribus libris explicata. Ad illustres, ac magnificos Consules Valentinus, Academiae parentes, & patronos. Valentiae apud Petrum Huete, in platea Herbaria. 1579. 8. Elucubravit Semperius hanc Artem ut institueret cl. adolescentem Philippum Catalanum, eoque postea Valentinorum Sevitorum Principe (Jurado en Capvocat, quod munus exercuit anno 1571.) tertium eam edidit, eique ac caeteris Seyiris eam dicavit. Quantam autem celebritatem na-*

Etum fuerit hoc opus, ex initio Epistolae Dedicatoriae facile cognoscetur. Cogor (inquit) illustres, ac magnifici Consules, hanc meam Grammaticae Latinae primam Institutionem nunc tertio typis excudere. Sic enim eam (Christo gratia) placuisse video, ut cum Valentiae bis, & in Gallia semel fuerit excusa, nulla jam ejus exemplaria summa diligentia diu quaesita dicantur extare. Nam, ut alias urbes insignes, & oppida quaedam celeberrima praetermittam, ubi proposita studiosissime discitur; certe Calaris, urbs Sardiniae, rerum omnium ubertate, ingeniorum praestantia, & doctissimorum virorum copia non paucis antecellens, tam libenter eam excepit, cujus causa fuerat primum edita; ut sola digna judicaretur, quae pueris illius insulae clarissimae perpetuo praelegatur. Deinde Baeticae Provinciae civitas nobilissima Baeza tanto consensu, plausuque mittendam ad se curavit, ut doctissimi quidam ejus Academiae Magistri scriptis ad me literis testati sunt, nihil suis discipulis commodius brevitate nostrorum praeceptorum, & elegantia verborum accidisse. Et, ut finem enumerandi faciam, nunc, nunc, ultima Palma, Balearium Majorum urbs, & fertilitate, salubritateque soli, & aedificiorum pulchritudine, & majestate, & spectu maris amoenissimo, & civium omni disciplinarum genere praestantium frequenti ceteris omnibus comparanda, ne dicam anteponeunda, tanto prope convicio Grammaticam a nobis efflagitavit, ut ejus unius gratia tertiam hanc editionem pudore victi paremus.

## JOANNES TORRELLA.

Brevis & compendiaria Syntaxis, Partium orationis institutio, ex variis scriptoribus collecta, auctore Joanne Torrella in Academia Valentina publico Professore. Valentiae typis Vincentii Cabreræ. 8. Sine anni nota. Haec Syntaxis initio hujus saeculi, aut paullo ante excusa, decerpta est ex Andreae Semperii libro tertio Primae Grammaticae Latinae Institutionis, ut non immerito Vincentius Carbonellus eam tribuerit Semperio, qui Torrellae illam edendam dedit.

Syntaxis, ceu Compendiaria Partium Orationis institutio a Joanne Torrella, denuo nonnullis breviter aucta observationibus, & in commodio-

rem



*rem usum exposita studiosis Grammaticae candidatis in Collegio Cordellensi Soc. Jesu. anno 1709. Barc. ex typ. Francisci Guasch. 8. Haec Syntax eadem est ac praecedens, nisi quod Textui latino Declaratio Hispana adjuncta est; & utrique Observationes subjunctae, quibus puerorum memoria infelicissime operatur: quod eo liberius commemoro, quo fui miserabilior, qui totam eam puer ad verbum edificere coactus fui. Sed Divina quadam providentia, cum ab incunte aetate fuerim semper studiosissimus, praeceptorum multitudinem jam tunc averfabar, & in usum magistri nescio cujus quinque foliis octuplicatis, totam illam doctrinam in compendium redegei, manuque exaratam dedi amico mearum rerum studioso.*

## PETRVS JOANNES NUNNESIVS.

M. D. LII.

*Institutiones Oratoriae collectae methodicas ex Institutionibus prioribus Audomari Talaci, authore Petro Joanne Nunnesio Valentino. Valentiae per Joannem Mey Flandrum. 1552. 8. Hae Institutiones Rhetoricae accommodatissimae sunt tenellae aetati ob brevitatem, & perspicuitatem, quae virtutes mirum in modum eminent in omnibus operibus eruditissimi viri Petri Johannis Nunnesii, quo acutiorem, & liberalibus Disciplinis edocendis aptiorem tulit Academia Valentina neminem.*

*Plutarchi Chaeronei caussae naturales conversae a Petro Joan. Nunnesio Valentino Ικ τὸ παραχρημα. Nunnesius ita finit versionem suam. Extremum Problema mutilum est: indiget Aesculapio, qui faciat illi medicinam, ut toti fere versioni, & his meis scholiis; sed meis gravissimis occupationibus, & quotidianis, id omne condonandum est. E Bibliotheca nostra. Anno 1554. ad septimum idus Februarias.*

*Haec Plutarchi Problemata excusa sunt ad calcem libri sic inscripti. Problematum Aristotelis sectiones duae de quadraginta.*

*Problematum Alexandri Aphrodisei libri duo, Theodoro Gaza interprete.*

*Ad haec, eruditissima Problemata Plutarchi.*

*Extant*

*Extant apud Borbonium bibliopolam. Valentiae, typis Johannis Mey, Flandri. 1554. 8. Plutarcho obtingere non potuit interpres fidelior, & dilucidior, quam Nunnesius, Graecae, & Latinae linguae peritissimus.*

*Petri Joannis Nunnesii Valentini de Caussis obscuritatis Aristoteleae, & de illarum Remediis Oratio.*

*Ejusdem liber de Constitutione Artis Dialecticae, in quo exemplo Galeni docetur ex notione finis, cur singula praecepta artis tradantur.*

*Accessit ejusdem Commentarius in Constitutionem Artis Dialecticae, in quo profligantur omnes quaestiones, quae vulgo in Scholis de Dialectica disputantur.*

*In silentio & spe.*

*Valentiae. Typis Ioannis Mey Flandri. 1554. 8.*

*Oratio de Caussis obscuritatis Aristoteleae, & de illarum remediis, subtiliter, & erudite scripta est, eloquentia philosophica.*

*Libellus de Constitutione Artis Dialecticae exquisita methodo, mirabili brevitate, & perspicuitate scriptus est secundum Aristotelis mentem. In eo, quia tironum causa scriptus est, nihil differuit Nunnesius de methodo Demonstrandi; verum docuit hanc luculentissime in ejus Commentario, pag. 141.*

*Commentarius in Constitutionem Artis Dialecticae prope incredibili mentis acumine, & methodo sollertissima elaboratus est.*

*Petri Joannis Nunnesii Valentini Institutionum Physicarum quatuor libri priores collecti methodicōs ex decretis Aristotelis.*

*Praeposita est huic libello Ratio Methodi, quam auctor secutus est in eo conficiendo. Cui accesserunt duo Indices, in quorum priori vocabula vulgo incognita ex altera parte respondent iis, quibus Philosophorum vulgus utitur: in posteriori vero aliquot vocabula Graeca hujus Artis explicantur.*

*Anacephalaeōsis hujus libri separatim excussa est.*

*In Silentio & spe.*

*Valen-*

*Valentiae. Excudebat Joannes Mey Flander. 1554. 8.* Harum *Institutionum* methodus ingeniosissima est, ut sunt omnia opera Nunnesii. *Institutiones* vero veluti index analyticus Aristotelis Physicorum, quae doceri in Scholis solebant, cum rerum omnium de quibus agitur, definitionibus Aristoteleo more. Ipse auctor in libello de *Recta atque utili ratione conficiendi curriculi Philosophiae*, laudans rationem, & viam analyticam, tanquam aptissimam ad artes docendas; fol. 21. ita scripsit. *Hac ratione oporteret auditoribus omnes partes Philosophiae a Doctores traditi: quod olim Savaranola praestare voluit in omnibus partibus Philosophiae, nescio an sit assecutus. Nos certe in ea parte physiologiae, quae vulgo in scholis explicatur, illud aliquando elaboravimus non sine magno auditorum commodo. Gaspar Scioppius Consultatione prima de Studiorum Ratione ad nobilem, & ornatissimum adolescentem Mariangelum a Fano Benedicti, Patricium Mediolanensem, sic de his Institutionibus judicavit. Scientia rerum naturalium in vulgaribus Philosophorum Scholis parum addiscitur, sive quod magistri plerumque ad hoc alios doceant, ut ipsi discant; sive quod in otiosis, inutilibus, & loco ac tempore alienis quaestionibus occupentur; sive quod auditores nec Arte Logica, ut oportebat, instructi sint, nec aliquod Disciplinae Physicae systema prius cognoverint, quale habes in Physicis Institutionibus Petri Johannis Nunnesii, Philosophiae Peripateticae facile Principis, & in interiore Graecarum ac Latinarum literarum notitia sermonisque elegantia nemini secundi. Haec Scioppius; ut vero dicam, quod sentio, Nunnesio defuit vixisse post Galilaeum Galilei, Baconum, Cartesium, Nevvtonum, aliosque similes naturae interpretes.*

*Anacephaleosin* harum *Institutionum* nunquam videre potui. De ea Auctor sic ait in *Epistola* ad Michaëlem Johannem Paschaliū Doctorem Medicinae peritissimum, cui suas *Institutiones Physicas* dicavit: *Tabulam etiam separatim excudendam curavi, ut affixa parieti memoriam totius libelli quotidie renovaret: quanquam in ea non sum omnia complexus, quod pleraque ita essent tradita, libro praesertim quarto, ut in hanc difficulter includi possent.*

*Apposita M. T. Ciceronis, collecta a Petro Ioanne Nunnesio Valentino,*

L

tino,

tino, ad Reverendiss. & Illustriss. D. Franciscum a Navarra Archiepiscopum Valentinum.

His accesserunt additiones quaedam, & Explicationes Latinae Dictionum Graecarum. Valentia, Excudebat vidua Joannis Mey. 1556. 8. Hic liber utilissimus est iis, qui volunt Ciceronem imitari in appositorum usu. In Dedicacione ait auctor, graviora artium liberalium studia intermisisse, seque ad haec leviora literarum, ut vocant, humaniorum, sed tamen multo magis necessaria retulisse. Idem Nunnesius Institut. Rhetoric. lib. IV. cap. de dulcedine sic scripsit. Ornavit hac (Epithetorum) dulcedine saepe suam orationem M. Tullius, ut declarat volumen Epithetorum a nobis, cum adolescentes essemus, collectum. In quo tamen ea simul colliguntur, quae ille interjectu verbi rebus subjectis attribuit, ὅς κατηγοροῦμενα, ut Graeci loquuntur, quod existimavimus illa quoque Epithetorum locum, ut censuit Aristoteles, aliquando tenere posse.

Epitheta M. T. Ciceronis collecta a Petr. Joha. Nunnesio Valentino ad Illustrissimum & Reverendissimum D. D. Joh. Teresum Archiepiscop. Tarraconen.

Editio altera multo correctior, & auctior ceteris: cui accessit Ratio, qua haec supellex possit varie, & copiose excerceri. Barcinone, cum licentia ex Typographia Jacobi Cendrat. Anno 1588. 8. Hic liber titulo aliquantulum immutato, idem est ac praecedens. Praemittit auctor Rationem, qua utendum hac Epithetorum supellectile, & in ea fatetur, ejusmodi adjuncta, eaque lectissima, esse ex silva illa adjunctorum M. Tullii, quam diligentissime collegit (inquit) noster familiaris Antonius Jolius: & post aliquot pagellas ait. Nos, quod nostrarum partium est, praesenti libello fruamur, gratiasque maximas honestissimis adolescentibus eloquentiae studiosis, quorum opera fideli, egregiaque collectus est, habeamus, ut eorum exemplo alii excitati ejusmodi libros quamplurimos, qui posteris magno usui, & ornamento esse possint, proferant. Vide quam industrius esset Nunnesius in discipulis assuefaciendis ad utiles, & egregios labores suscipiendos, perficiendosque.

Tabulae Institutionum Rhetoricarum Petri Joannis Nunnesii Valentini.

*tini. Barcinone. Excudebat Jacobus Sendrat Anno Domini, 1578. 4.* Has Tabulas confecit Nunefius ut faciliores redderet pueris suas *Institutiones Rhetoricas*, ubi, *cap. ult.* quod est de *Exercitatione Rhetorica*, ita scripsit. *Exercitationis igitur Rhetoricae, quae nobis hoc tempore proposita est, haec ratio primum ineunda, ut quemadmodum in Logisticis Mensam, ut vocant, Pythagorae, teneat quisque memoriter oportet ad expedite numerandum; sic in his, cum artem semel didicerit, in promptu habeat Tabulas totius artis, quas separatim edendas curavimus: quo brevi totius artis speciem oculis, & menti subjiciant.*

*Pet. Johan. Nunnesii Valentini Institutionum Rhetoricarum libri quinque.*

*Editio altera multo correctior, & locupletior exemplis, & indicibus: & nova accessione artificii, quo possit ars copiosius, & utilius exerceri.*

*Barcinone. Cum licentia: Ex Typographia Jacobi Cendrat. An. 1585. 8.* In hac Arte Rhetorica Hermogenis doctrinam Latina oratione, eaque elegantissima, quam planissime potuit, Nunnesius, descripsit. Si quid autem addidit, detraxit, aut immutavit; aut quos secutus est scriptores, notavit; aut rationem aliquam sui consilii attulit, ut ipse ait in Peroratione totius operis, & in *cap. de Periodo*. Ad calcem libri, post accuratos indices addidit nonnulla de Figuris ex Phobammone, & Minuciano, & definitiones affectuum ex Aristotele *lib. II. Rhetoricor.* Hae Institutiones Rhetoricae praestantissimae sunt, & ad earum usum scripsit Nunnesius praedictas Tabulas. Meruerunt hae *Institutiones* laudari ab eximio Rhetore Gerardo Johanne Vossio, ut colligitur ex verbis sequentibus descriptis ex Andreae Schotti Epistola, quae 21. est inter Vossianas. *Quod in Rhetoricis Pet. Nunnesii, mihi quondam in Hiberia familiaris (ut Phrynichi Eclogas Atticorum verborum Augustae editas, mihi dux erit inscribendas) librum laudes, ut hominis doctissimi, & de Hermogenis subtili methodo, ante Sturmium, bene meriti, scito me illius habere omnia, etiam Philosophica, ut erat etiam Philosophus excellens, Graeceque doctissimus, ex ultima editione, quae quidem typis sunt edita: si legere placet, mittam, atque utinam isthic, si*

*Scholis visa sunt utilia, Typographum isthic quoque reperiant, tua commendatione.*

*Pet. Johan. Nunnesii Institutionum Rhetoricarum libri quinque. Editio tertia ceteris multo auctior, & locupletior exemplis, & indicibus, & nova accessione artificii, quo possit ars copiosius, & utilius exerceri.*

*Barcinone cum licentia: ex typographia Sebastiani a Cormellas. an. 1593. 8. Omissa sunt in hac editione ea quae edita fuerunt in praecedenti ex Phoebammone, & Minuciano, & Definitiones affectuum ex Aristotele.*

*Grammatistica Linguae Graecae auctore P. Job. Nunnesio Valentino.*

*Cui accessit libellus ejusdem, sed multo locupletior de mutatione linguae Graecae in Latinam cum formulis ad extremum Graecis Epistolarum, & duplici earum interpretatione Latina.*

*Barcinone cum licentia ex typographia Jacobi Cendrati, anno 1589. 8. Brevitate, eruditione, & perspicuitate, qua solet, tradidit Nunnesius in hoc libello artem legendi, & scribendi linguam Graecam. Quae vero scripsit de hujus mutatione in Latinam, ostendunt eum utriusque peritissimum fuisse ad miraculum.*

*Institutiones Grammaticae linguae Graecae, auctore Petro Johanne Nunnesio Valentino. Ad Illustrissimum, ac Reverendissimum Gasparem Punter J. U. D. clarissimum, Episcopum Dertusanum. Barcinone cum licentia ex typographia viduae Huberti Gotardi, anno 1590. 8. Nunnesius non solum coluit egregie linguam Graecam, sed & optime eandem docuit.*

*De recta atque utili ratione conficiendi curriculi Philosophici P. Job. Nunnesii Valentini ad Illustrissimum, ac Reverendissimum D. D. Gasparem Punter J. U. D. clarissimum, Episcopum Dertusanum.*

*Accessit huic lib. duplex ratio explanandi Arist. brevi indicata: una solis methodis ejusdem contenta: altera, quae fit praelucentibus explanationibus, atque utraque illustratur cap. 1. lib. Perihermenias.*

*Vita Aristotelis ex veteri translatione cum ejusdem P. J. Nunnesii Notis.*

*Bar-*

*Barcinone ex typographia Sebastiani a Cormellas, anno 1594. 8.*  
 Hic libellus demonstrat Nunnesium fuisse Peripateticum insignem, & inter eos eruditione nemini secundum. Utinam in lucem prodiisset ejus liber *de Claris Peripateticis*. Quo in libro, ut ipse ait *fol. 178. quae singularia in quoque fuisse potuimus observare, colligimus, ut paulo antea in Andronico fecimus*. Unde stupenda hominis diligentia facile conjici potest.

*Alphabetum Graecum. In quo*

*De Graecarum litterarum, ac Diphthongorum pronuntiatione, & divisione.*

*De Accentibus, & ceteris Graecorum Notis. Compendia, & nexus litterarum.*

*Oratio Dominica, Salutatio Angeli ad Virginem, Symbolum Apostol. Graece, & Latine.*

*Formulae dicendi ex Synesio, cum duplici interpretatione.*

*Numerorum notae.*

*Valentiae, apud Philippum Mey. M.DC. 8.* Hujus libelli auctor esse potuit, aut idem Philippus Mey, Typographus Graecae linguae peritus; aut Nunnesius, qui anno 1600. adhuc vivebat Valentiae, in qua urbe decessit IV. Eidus Martias anni 1602. & magis placet haec posterior conjectura: etenim Nunnesius, etsi opusculum sit utile; tamen, quia puerile, potuit omittere nomen suum. Philippus vero Mey, si fuisset auctor, eodem modo quo apud se excusum dixit, addidisset, se auctorem fuisse: ut taceam addictissimum fuisse Nunnesii doctrinae.

*Petri Joannis Nunnesii Oratoriae Institutiones in quinque libros distributae. a Bartholomaeo Gavila Ilicensi in Epitomen redactae. Oscense apud Joannem Perez a Valdivieso, Oscensium Academiae Typographum, anno 1604. 8.* Nunnesii magistri sui Institutiones Rhetoricas in compendium redegit Bartholomaeus Gavila, ut tenellae aetati accommodatiores essent. In *Epistola Dedicatoria ad Petrum Zaragoza Dominicanum,*

canum, dixit se parata habere alia in Mathematicis disciplinis, & aliis Artibus liberalibus.

*Ratio brevis, & expedita conscribendi genera Epistolarum illustriora ex dictatis P. Johan. Nunnesii Valentini.* In fine sic legitur. *Valentiae apud Philippum Mey M. DC. VII. 8.* Hic libellus Ciceronianas continet scribendi formulas Hispanae redditas. Et, ut hoc obiter dicam, habeo alium manuscriptum ejusdem argumenti, sed multo locupletio-rem, sic inscriptum.

*Formulae illustriores ad praecipua Genera Epistolarum conscribenda, simul cum praeceptis, quibus fere uti solet M. Tullius Cicero, auctore Petro Joanne Nunnesio Valentino politioris literaturae in Barcinonensi, & Valentina Universitatibus, jussu Regis Catholici Primario Professore, scriptore Francisco Barrientos T. D.* Hunc libellum manu mea descripsi, cum Hispaniarum Regi essem a Bibliotheca.

*Tirocinium linguae Graecae ex Institutionibus Grammaticis P. Joh. Nunnesii collectum a Philippo Mey.* *Valentiae apud Philippum Mey. M. DC. XI. 8.* Haec Grammatica Graeca, brevissima, & perspicua est.

*Breves Progymnasmatum Petri Nunnesii, & Rhetoricae Francisci Novellae Institutiones, ex variis, ejusdemque Artis scriptoribus.*

*Nunc denuo aliquot mendis repurgatae, & novis tabulis alumnis utilibus illustratae a Vincentio Ferrer Gandiensi, Diacono, in Valentina Academia Primae Rhetoricae Cathedrae Praefecto.* Ad ornatissimam Valentiae Civitatem, ejusque nobilibus Consulibus, Seviris, ac Civibus. *Cum licentia.* *Valentiae per Hieronymum Vilagrafa in vico scapharum. anno 1655. 8.* Petri Johannis Nunnesii magna fama fecit, ut ejus nomini multi suum adjungerent, eique vellent adhaerere, tanquam herba parietaria: inter quos numerandus est Ferrerius hic, Grammaticaster potius, quam Rhetor, utpote qui nec Latine loqui sciret: & tamen ejus *Institutiones* lectu sunt dignissimae, ob excellentem quam continent, Nunnesii doctrinam. Ad extremum hujus libelli legitur declamatiuncula illa, quae pronunciationis exercendae gratia in ludis Rhetoricis dici solet a pueris, quamque ego memini saepissime recitasse,



tasse, de condonandis injuriis, incipitque, *Tabumanum prorsus atque ferinum est.* Quod ideo admoneo ut auctori suo restituatur.

Ardens amor quo Petrum Johannem Nunnesium prosequor, cogit me ut indicem opera manuscripta ejusdem viri, quae videre, & obtinere potui. Sunt autem sequentia.

*Isagoge Dialecticae Artis.*

*Avisos pera estudiar Arts,* hoc est, *Admonitiones ad ediscendas Artes,* brevissimae illae quidem, & catholicae; ad singularia minime descendentes.

*Ratio Studii Theologici,* tradita etiam brevissime, & universalibus praeceptis, ut scripta videatur, sicut praecedentes admonitiones, in puerorum gratiam.

*Oratio habita a Petro Johanne Nunnesio in Academia Valentina ad Philippum III. Margaritam Austriacam Reges, Albertum & Elisabetham Flandriae Duces.* Ait gratias propterea quod dignati fuerunt Academiam Valentiam adire.

*Explanationes in Dionysium Afrum de Situ Orbis,* eruditissimae, & luce publica dignissimae.

Nescio an magna mei, an vero ipsius Nunnesii infelicitate contigerit, ut multa ejus opera manuscripta, quae venalia habebat librarius quidam Valentinus in manus pervenerint nebulonis nescio cujus, adeo ignoti, ut nec nomen ejus scire potuerim, cum proximo posteaquam ille emerit die, librarium adierim ut mihi venderet quidquid haberet Nunnesii, & postea hoc ipsum inquisiverim per annos fere triginta; neque ubi laterent illa manuscripta, rescire potui: & ut mecum omnes sentiant quid desiderem, & quanta sit haec jactura, ac propterea diligenter investigent ubi lateant; describam hic quae Bartholomaeus Josephus Paschalius, dignissimus tanto magistro discipulus, in eloquentissima, & eruditissima Oratione *de optimo genere explicandi Aristotelem, & de vi atque usu Artis Dialecticae,* habita Valentiae anno 1565. III. nonas Septembris dixit in laudem Petri Joannis Nunnesii. *Ut taceam* (inquit) *infinitos alios, ac pene innumera-*

*rabi-*

*rabiles usus horum librorum (Aristoteleorum); ut infinita genera exercitationum praetermittam, quae in libris Sebastiani Foxii Hispalensis de vi & usu Dialecticae Artis continentur, & in libro de variis generibus exercitationum Dialecticarum a doctissimo, & celeberrimo cive nostro P. J. Nunnesio sedulo tractabuntur; quem honoris causa nomino, quem tanti facio, quantum possum, & debeo; cui haec florentissima Academia plurimum debet, & ego in perpetuum ita devinctus sum, ut quidquid in me bonarum litterarum est, ei acceptum referam: & hoc solo nomine glorior, semperque gloriabor, quod is mihi contigerit magister, qui in dicendo suavitatem Isocratis, subtilitatem Lysiae, vim Demosthenis aequaverit; in Dialecticis & Philosophicis, quasi alumnus Aristotelis, Peripateticae Disciplinae seriem, formam, & institutionem, quae in ipso Aristotele aurea, in Theophrasto Divina, in Stratone eloquentissima, in Lycone, & Phalereo dulcissima fuit, mirabiliter expresserit.*

## ALPHONSVS GARSIAS MATAMORVS.

M. D. LIII.

*Alphonsi Garsiae Matamori Hispalensis, & primarii Rhetoris Complutensis, De asserenda Hispanorum eruditione, sive de viris Hispaniae doctis Narratio Apologetica ad illustrissimum Uraniae Comitem. Compluti. Ex officina Joannis Brocarii, Anno 1553. 8. Non pauci viri docti multum debent Matamoro, qui diligenter eorum nomina consetvavit, & famam apud posteros propagavit luculenta Apologia, cui defunt notae criticae, & Historiae literariae, ut justius laudatorum merita cognoscantur, & ut prudentes lectores melius intelligant, an ille obtemperaverit consilio, quod ei dedit prudentissimus, disertissimusque vir, Alvarus Gomecius, cujus elegantem epistolam ineditam descripsi in Bibliotheca Regia ex ejusdem adversariis: atque ita se habet.*

*Matamoro Sophistae.*

*Alias ad Te, vir doctissime, accuratius, & longius scribam; neque enim vulgarem aliquam epistolam requirit insignis benevolentia, qua*

*me*

me prosequeris, cujus significationem etiam si mihi multo ante cognitam, ita verbis suavibus, elegantibus, & illustribus, proximis his literis ostendis, ut denuo novum ardorem in me incitaveris tui perpetuo colendi, amandi, complectendi, exosculandi. Mirabar tam longum silentium, cujus causam si ante intellexissem, animum tuum mihi conciliassem, & totius consilii mei rationem fortasse non poenitentiam tibi viro prudentissimo dedissem. Sed hoc quoque in aliam epistolam per otium reservabo: nam hodie summo mane rem divinam facturo literae tuae reditae sunt. Sacer autem dies est, nempe Dominicus: & sub meridiem tabellarius discessum condicit.

Quod de libris tuis Rhetoricis petis, currentem incitas. Id enim jam cum Professoribus nostris agebam. Utinam conatus succedat pro votis. Mihi rursus Sisyphius lapis volvendus est: & iterum cogor Graecae linguae rudimenta praelegere. Tibi viro doctissimo in animo esse memoriam virorum doctorum, quos Hispania nostra tulit, e situ, & tenebris vindicare, mihi fuit multipliciter gratum: nam tibi nomen immortale paries, illos in lucem aeternam asseres. Tantum te pro nostra amicicia admonendum duxi, Lucio Marineo Siculo olim hujusmodi argumentum adgresso vehementer nocuisse, quod citra delectum ad nomen hoc paucissimis concessum indignissimos quosque admisit. Jam vero, cum de viris doctis scripta ipsa testificentur, quotusquisque ex nostris, obsecro, est, qui hac ratione innotescere curaverit? Sed tu id melius pro tua prudentia considerabis. Vale.

Equidem si Matamorus, sapiens Gomecii consilium secutus fuisset; nullo modo incidisset in tot reprehensiones. Indoluerunt alii propterea quod in illustrium virorum catalogo omissi fuerunt: alii, quia frigide laudati: alii, quia reprehensi: alii, quia eorum inimici nimis laudati: denique ejusmodi scribendi genus novum erat; & plerisque ingratum. Vero enim vero publica haec judicia exercere, eminentem postulat sapientiam, animum candidum & liberum, & fortitudinem maximam ad calumnias subeundas, & perferendas. Expertus loquor.

Oratio Alfonsi Gartiae Matamori Hispalensis, habita in Doctoratu

M

Theo.

Theologiae ornatissimi viri Didaci Sobannos, Academiae Complutensis moderatoris. Compluti, ex officina Joannis Brocarii. 1558. 8. In hac Oratione ita auctor de se ait. *His vero difficultatibus illud quoque accedebat, quod me ancipitem quidem, & dubium in diversa subinde agitabat, affecta scilicet mea aetas; multis magnisque laboribus exhaustum corpus; diuturnisque morbis adeo confectum, ut hac tanta imbecillitate affictus animus, prae incredibili taedio ac languore moereat. Ingenium insuper quod eloquentiae flosculus in hoc amplissimo Theatro olim nituit, nunc veteri alacritate omnino amissa, hebes, ac retusum, sine viribus jaceat. Illa postremo, quae me quondam apud vos saepissime dicentem commendarunt, vox suavis, & canora, firma latera, vultus gravis, & erectus, fulgura, & tonitrua verborum, quibus (quod sine arrogantia, & invidia dicam) totum hoc Theatrum commovere solebam, aetate, & morbo deformata conciderunt. Ex hac Oratione constat jam tunc viguisse in Academia Complutensi perniciosissimas illas partium contentiones, quae ut suis faveant, benemeritos affligunt, & in Reipublicae Literariae gravissimum damnum conjurant. Vide (inquit loquens cum Didaco Sobannos, Academiae Complutensis Rectore) ne quisquam sit apud Te superior, quia sit amicus, quia provincialis tuus, quia Vacceorum partes sequitur; omnia omnibus aequabili jure imperti. Postulat Baethicus in vesivum collegium, & societatem cooptari; cur ei negabis, si bonus, & doctus est, quia tu in Cantabria natus, non in Baetica fuisti? Ambit Carpetanus Artium, aut Theologiae munus; cur, si vere Theologus est, & literis competitorum suum aequat, aut fortassis excellit, occultis insidiis repulsam accipiet? an tu existimas, posse fieri, ut tam amplae, et florentes Respublicae, quantae olim Atheniensium, & Romanorum extiterunt, alio scelere conciderint, quam justitiae, & aequitatis penuria? An tu humana omnia, & Divina jura violabis, ut in re, quae tua non est, nec cujusquam hominis privati, placeas amico? Omnes tu (mibi crede) appellabis amicos; sed nemo tibi amicus erit, nisi sola Respublica. O, quanta tibi gloria illuscebit illo die, quum depositis privatis commodis, te totum ad justitiae, & aequitatis studium traduxeris. Quid obsecro aliud tantam odii, & invidiae flammam in Academia Complutensi excitare solet, quam voces illae nefariae, ab omni jure,*

&

Et humanitate alienae, quae usu jam et consuetudine in moribus nostris inveterarunt? Est civis, est conterraneus, in municipio meo natus; meo suffragio Collega erit. Cetera, quid mihi cum Baetico? quid cum Cantabro? quid cum Carpetano? Vacceus ego sum, illos solum agnosco, quos Pintia, quos Arunda, quos Campania (Tierra de Campos) mittit: reliquos nihil moror, quos una mihi patria non copulavit. O voces impias, et plusquam sceleratas! O mores perditos nostri temporis! Ad te non existimas pertinere eos, qui non sunt tuae nationis, neque municipii? quid ais, tantae Academiae Rector? Tu alienos arbitraris eos homines, quos una fides, una spes, una caritas, una domus, unum contubernium, unum vitae institutum, non cives modo, sed fratres, et unius quoque Regni haeredes fecit? Haec est vox hominis Christiani, ne dicam Theologi Complutensis? Quare, si tanta vis est injustitiae, et aequitatis splendore, ut hac una pulcherrima virtute sublata de medio, amplissima regna corruant, et evertantur, nullaque sit Reipublicae constitutio, nullus ordo, nulla dignitas, nulla denique vivendi ratio; hanc tu unam omnibus tuis emolumentis, et cupiditatibus anteponendam cura. Haec si feceris, si praestiteris, si Reipu. causa complexus fueris, intelliget demum Academia Complutensis sortem illam fuisse divinam, quae te ad communem omnium utilitatem Rectorem declaravit. Haec describere oportuit, quia non minus illi tempori necessaria fuerunt, quam nostro, in quo praeclarum meritum est hujus, non illius nationis esse. Sed institutum iter prosequamur.

A Declamatore ad Grammaticorum coriphaeum transeamus, cujus haec opera habeo.

## FRANCISCUS SANCTIVS BROSENSIS.

M. D. LXII.

*Amat victoria curam.*

Francisci Sanctii Brocensis in inelyta Salmanticensi Academia Rhetorices, Graecaeque linguae Professoris, verae brevesque Grammaticae Latinae Institutiones. Ad illustrissimum Castellae Halmiranthum, apud

M 2

Here.

*Heredes Seb. Gryphii. Lugduni 1562. 8.* In his Institutionibus perspicuitas cum brevitate certat: & multa egregie disputat auctor adversus Grammaticos, quorum errores nondum profligati sunt: adeo ut bellum adversus eos renovare necesse sit: & duobus modis scribendum est: uno videlicet simplici, & sine ulla controversia ut pueri instituantur; altero, magna contentione ut errores inveterati cognoscantur, & rejiciantur.

*Francisci Sanctii Brocensis in inchyta Salmanticensi Academia Rhetorices Graecaeque linguae Professoris verae, brevesque Grammatices Latinae Institutiones. Quarta editio. Opinionum commenta delet dies: naturae judicia confirmat. Salmanticae. Excudebat Mathias Gastius. Anno 1566. 8.* Haec est vera methodus docendi linguam Latinam, certa, brevis, expedita.

*Francisci Sanctii Brocensis in inchyta Salmanticensi Academia Rhetoricae, Graecaeque linguae Professoris, Comment. in And. Alciati Emblemata, nunc denuo multis in locis accurate recognita, & quamplurimis figuris illustrata. Cum indice copiosissimo. Lugduni apud Guliel. Rovillium. M. D. XXIII. 8.* Sanctius docet unde singula Alciati emblemata desumpta sunt, atque ea erudite illustrat.

*Francisci Sanctii Brocensis in inchyta Salmanticensi Academia Rhetorices Professoris de arte dicendi liber unus denuo auctus, & emendatus.*

*Cui accessit in Artem Poeticam Horatii per eundem Paraphrasis, & brevis Elucidatio. Salmanticae, Excudebat Petrus Lassus. 1573. 8.* Auctor ipse de Arte sua sic ait. *Ex Cicerone, Quintiliano, Hermogene, & Aristotele quandam, relictis opinionibus, decerpsi methodum, quae merito dicendi Ars posset appellari. Hujusmodi enim aliquam, cum multas evolverim, mihi videre non contigit haecenus.*

*Ars Poetica, quam Sanctius tradidit, sunt Praecepta quaedam Horatiana dilucide explicata.*

In fine libelli edidit auctor tres elegantes *Elegias*: primam in obitum *Joannae Castellae, Aragoniae, Legionisque Reginae*: secundam in obitum *Caroli Principis*: tertiam in obitum *Isabellae Hispaniarum Reginae.*

De

*De aucte ibus interpretandis, sive de Exercitatione, Francisci Sanctii Brocensis in inclyta Salmanticensi Academia Rhetorices Professoris. Antuerpiae, Ex officina Christophori Plantini, architypographi Regii. M. D. LXXXI. 8. Cum anno 1556. Horatianas Odas explicasset Sanctius, libellum hunc scripsit, quo quid facere interpretes debent, breviter indicavit; ac deinde id praestitit in Arte Poëtica Horatii, ejus praecepta praecipua proponens, & explicans summatim, ac dilucide.*

*Grammatica Graeca Francisci Sanctii Brocensis in inclyta Salmanticensi Academia Primarii Rhetorices, Graecaeque linguae Doctoris. Antuerpiae, ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regii M. D. LXXXI. 8. Si quid reprehendi potest in his Institutionibus, fortasse nihil aliud, nisi quod nimis breves sunt; veruntamen dilucidae.*

*Obras del excelente Poeta Garci-Lasso de la Vega. Con Anotaciones, i Emiendas del Maestro Francisco Sanchez, Cathedratico de Rhetorica en Salamanca. En casa de Lucas de Junta. 1581. 12. Hae Sanctii Annotationes plerumque indicant Garciae Lassi imitationes. Praeterea Sanctius aliquando emendat poëtam usus optimis exemplaribus, aut conjecturis, tum suis, tum alienis, plusquam ducentis locis. Ad extremum adjunxit ejusdem Poëtae aliqua opuscula inedita.*

*Las obras del famoso Poeta Juan de Mena. Nuevamente corregidas, i declaradas por el Maestro Francisco Sanchez, Cathedratico de Prima de Rhetorica en la Universidad de Salamanca. Con Privilegio en Salamanca. En casa de Lucas de Junta. 1582. 8. Sanctii Annotationes paucae sunt, breves, & opportunae. Jam enim scripserat Ferdinandus Nonnius longos, & eruditos Commentarios in eundem Poëtam.*

*Paradoxa Francisci Sanctii Brocensis in inclyta Salmanticensi Academia, Primarii Rhetorices, Graecaeque linguae Doctoris. Antuerpiae ex officina Plantini, Architypographi Regii, M. D. LXXXII. 8. His eruditis Paradoxis accesserunt duo libelli, quorum alter est, artificiosae memoriae ars: alter Topicis Ciceronis Exemplis, & Definitionibus illustrata: & ad extremum Responsio ad quaedam objecta. Ubique Sanctius sui similis, doctus, judiciosus, brevis.*

*Francisci Sanctii Brocensis in inclyta Salmanticensi Academia Primarii Rhetorices, Graecaeque linguae Doctoris Minerva: seu de causis Linguae Latinae. Cum licentia. Salmanticae, apud Joannem, & Andraeam Renaut, fratres. 1587. 8. Julius Caesar Scaliger Philosophice scripsit de causis linguae Latinae subtilissimum opus; Franciscus Sanctius, Grammaticae: ille in memorato argumento philosophos omnes superavit: hic in suo, Grammaticos. Habeo correctum, & separatim excusum ab ipso auctore cap. 8. lib. III. Minervae, ad cuius calcem brevissimae sunt Institutiones Grammaticae, pueris edocendis perutiles.*

*Gasparis Scioppii Comitis a Clara Valle Minerva Sanctiana, hoc est, Francisci Sanctii Brocensis de causis linguae Latinae Commentarius cum observationum Scioppiarum auctuario. Patavii. M. DC. LXIII. Typis Pauli Frambotti. 8. Debet Sanctius Scioppio ut universa Europa suam doctrinam admiretur, & sequatur, una excepta Hispania, quae nec vivum agnovit, nec ejusdem jam vita functi immortalia monumenta aestimat, cum non ediscantur in Scholis, neque extent in Bibliothecis, neque ob exemplarium raritatem legi possint nisi ab uno, aut altero, qui recte velit institui. Quo fit ut maxime optem, ut omnia hujus viri opera, praecipue latina, magna diligentia colligantur, & literarum bono divulgentur.*

*Organum Dialecticum, & Rhetoricum cunctis discipulis utilissimum, ac necessarium per Franciscum Sanctium Brocensem in inclyta Salmanticensi Academia Rhetorices primarium, Graecaeque linguae Doctorem. Anno 1588. Salmanticae apud Michaëlem Serranum de Vargas. 8. Utilissima & Dialecticae, & Rhetoricae conjunctio: & utriusque prima elementa breviter & perspicue hic docentur. Ad calcem leguntur Elegiae in obitum Joannae Reginae, Caroli Principis, Isabellae Reginae, & Michaelis Tormonis, & versio Graeci epigrammatis de Philomela in mare cadente.*

*Sphaera Mundi, ex variis authoribus concinnata per Franciscum Sanctium Brocensem Rhetorices, Graecaeque linguae in inclyta Salmanticensi Academia Doctorem. Salmanticae apud Guillelmum Foquel*  
M. D.



M. D. LXXXVIII. 8. Haec editio secunda est. Ipse auctor dedicans hoc opusculum clarissimis gemellis Alfonso, & Martino Portocarrero, non dubitavit scribere anno 1588. *Sphaeram Mundi, mendose olim, & barbare a Sacrobosco, & aliis confarcinatam, Latine & fere a se concinnatam.* Sed notabilius est quod illorum avunculo Petro Portocarrero, supremi Regii Consilii Senatori, scripserat anno 1579. in hanc sententiam. *Plura his de rebus scripsit Sacroboscus, id est, plures chartas consumpsit: sed multo plura his nostris paucis paginis continentur. Ille intempestive saepe extra chorum saltat: nos, quod ad artem spectat, dilucide atque Latine disposuimus. Ille hunc videtur sibi scopum proposuisse, ut carmina poetarum, Lucani praecipue obscuraret: nos in gratiam poetarum hoc opusculum edere curavimus: ut & poetae veteres intelligantur, & venturis facillime viam ad mundi mysteria praeparemus.* Grande nuper Franc. Junctinus de Sphaera volumen emisit, doctum illum quidem, & laboriosum: sed in hoc vehementer displicet, quod omnia, quae ad Mathematicas, quaeque in reliqua Astrologia subtilissima sint, in Sphaera, id est, in principiis quae viam muniunt ad Astrologiam, interserit. Improbe faciunt, qui in Grammatica philosophantur; & in Dialectica, vel Rhetorica, qui multi sunt, meras nugas obtrudunt. In Artium documentis tradendis, si nihil extra ordinem, nihil alienum admisceretur, facilius, & verius parvo temporis intervallo artes omnes perdiscerentur. Grammaticae Latinae meis praeceptis traditae octo menses ipsa edoctus experientia, vel cessantibus pueris constitui esse satis. Graecam Grammaticam meam non totis viginti diebus saepe sum expertus comprehendendi. Totam, integram, perfectam Dialecticam, & Rhetoricam, etsi bis quotannis in Academia percurro; quum tamen privatim doceo, intra duos menses facile absolvi testes habeo locupletissimos. Taceo de Musica, & Philosophia, ne videar, cum verissima dicam, prodigiosa referre. Ecce tibi nunc Sphaeram ad artem, & methodum redactam, quam si mediocriter attentus, & diligens auditor octo, aut decem scholis ad unguem non percalluerit, credas hunc non ad literas, sed ad caulas esse natum. Quid ad haec dicent, qui natis frugibus, glande adhuc vescuntur? Vident scilicet mundum facile decipi, ac decipiunt. Amplius dico. Non esset valde laboriosum, homi-

homi-

homini tota vita exercitato in vera rectaque studiorum ratione, methodum aliquam praestantiorē excogitare. Sed quis eam doceret cum sancitum sit, quinam libri publice doceri debeant?

*P. Virgilii Maronis Bucolica serio emendata cum scholiis Franc. Sanctii Brocensis, in incluta Salmanti. Academia Primarii Rhetorices Graecaeque linguae Doctōris. Sub permissu. Salmanticae, apud Didacum a Cussio. 1591. 8.* Cum typographus Guillelmus Foquel opera Virgilii ex antiquis codicibus emendata edere vellet, Sanctius exorari se passus est, ut ex miscellaneis, quae in adversariis habebat, auctuarii vice annotationes adderet huic Bucolicorum editioni. Ad extremum *Exploduntur inepti centones a Divinis Aeneidos carminibus.*

*Francisci Sanctii Brocensis in incluta Salmanticensi Academia Rhetorices, Graecaeque linguae Primarii Doctōris. In Artem Poeticam Horatii Annotationes. Salmanticae, apud Joannem & Andream Renaut fratres. 1591. 8.* Poëtae textui subjicitur *Ecphrasis*, perspicua, & elegantissima. Secuntur *Annotationes* opportunae, doctaeque. Ipse auctor in *Dedicatione ad Cl. virum Antonium Guevaram Priorem Sancti Michaelis de Scalada* (diversum ab Episcopo Mindoniensi) ita de hoc opere scripsit. *Libellum ante annos triginta, de interpretandis autoribus publicavi, in quo Artem Poeticam Horatii cursim per methodum explicavi. Sed quia rem ipsam tibi, & doctis multis magis attigisse, quam explicasse videbar, tuo monitu, & hortatu non solum Artem Poeticam, sed & Silvas Angeli Politiani, quas adolescentulus illustraveram, nunc auctiores, & emendatiores repono. & fol. 8. sic ait. Praemoneo Lectorem, me non annotaturum in hac explicanda Horatii Arte, nisi ea tantum quae video a commentatoribus ignorari. Nam caetera quae pertinent, vel ad historiam, vel ad explicationem vocum, & codicum collationem, diligenter, & docte praestitit Lambinus: illinc censeo petenda. Nos enim non commentaria scribimus, sed ab aliis praetermissas animadversiones.*

*Grammatica Graeca Francisci Sanctii Brocensis in incluta Salmanticensi Academia Primarii Rhetorices, Graecaeque linguae Doctōris. Ostenditur vera pronuntiatio, quam a Gothis, & Barbaris acceptam Gram-*  
*mati-*

*matici foedaverunt. Salmanticae ex officina Petri Lassi, anno 1592. 8. Sanctius dicans hanc suam Grammaticam Cl. viro Luisio Abarcae de Bolea, sic ait. Accipe igitur nunc Graecae Grammaticae methodum facilem, & veram, quod utrumque aliis defuit, cujus ductu quilibet vel mediocri ingenio intra quindecim, aut duodecim scholas poterit ad Graecos libros intelligendos avolare.*

*Francisci Sanctii Brocensis in inclyta Salmanticensi Academia primarii Rhetorices Graecaeque linguae Doctoris, verae, brevesque Grammatices Latinae Institutiones, caeterae fallaces, & prolixae. Cum licentia supremi Senatus. Salmanticae Excudebat Joannes Ferdinandus. Anno M. D. XCV. 8. Ad extremum adjicitur Arte para en breve saber Latin. Compuesta por el Maestro Francisco Sanchez, Cathedratico jubilado en Rhetorica, i Regente de Latin, i Griego, en la Universidad de Salamanca.*

*En Latinai Grammateias*

*regulas certissimas:*

*Sint procul tenebriones,*

*qui docent falsissimas.*

*Por ser esta Arte sacada de los Principes de la lengua Latina, ningun precepto ai en ella, que se pueda decir, que es sacado de alguna de las otras Artes. Placet in medium proferre judicium Hieronymi Hyguerae Societatis Jesu, viri multiplicis doctrinae, quam utinam innumerabilibus fictionibus non foedasset. Is igitur graviter, & ex animi sententia, veritate eum impellente, ita censuit. De mandato Regii Senatus supremi, legi has de lingua Latina doctifs. viri Francisci Sanctii Brocensis Institutiones: dignasque judico, quae iterum, & saepius typis mandentur: utpote, quae praeter egregiam brevitatem, qua traduntur, methodo, & perspicuitate praestant. Dat. in Collegio Societatis Jesu. 4. Kal. Quintil. 1576.*

*Hieronymus Hygueras.*

*In hac Arte docuit Sanctius eam esse tradendam Hispana lingua; atque ita censuerunt optimi Hispaniae magistri Antonius Nebrissensis,*

*N*

*Petrus*

Petrus Simon Aprilis, Gundisalvus Correas, aliique. Ratio est manifestissima, quia res ignota per notam doceri debet. Reliquas vero Scientias, si excipias Institutiones Doctrinae Christianae, ac Philosophiae Moralis, quaeque pertinent ad manualium Artium exercitium docendum, existimo Latine tradi debere; tum, quia si quis Latinam Linguam ignorat, eas nunquam perfecte discet; tum, quia plures, & optimi libri hac lingua scripti sunt, & fructus ad plures perventurus est, quia haec lingua universalis est, eritque; caeterae vero intra pauca saecula moriturae, aut non nisi magno labore intelligendae propter sermonis mutabilitatem, ac denique, quia si Scientiae omnibus patent; omnes volunt earum censores esse, omnes scribere, omnes docere, ut fere omnes ineptiant, ut evenit in Gallia, ubi ex quo Scientiae vulgatiores factae sunt, ipsis Gallis fatentibus, multo minor est sapientum numerus, quia non adeuntur sapientiae fontes.

*Angeli Politiani Silvae. Nutricia, Rusticus, Manto Ambra, cum scholiis Francisci Sanctii Brocensis in incluta Salmanticensi Academia Latinae, Graecaeque linguae Primarii Doctoris. Salmanticae, Excudebat Petrus Lasso 1596. 8. Politiani Silvae eruditissimae sunt. Praelegebantur olim Salmanticae. Eas luculentissimis scholiis Sanctius illustravit.*

*Francisci Sanctii Brocensis, in incluta Salmanticensi Academia Rhetorices, Graecaeque linguae Primarii Doctoris, de nonnullis Porphyrii, aliorumque in Dialectica erroribus, scholae Dialecticae. Salmanticae, Excudebat Didacus a Cussio, Anno 1598. 8. Haec editio secunda est. In ea sic alloquitur Sanctius auditores suos. Mibi certe divinitus arbitror contigisse, ut per totum triennium, quo Philosophicis studiis impenditur opera, magistris meis nunquam aliquid assentirer. Videbam eos Graeci, Latiniq; sermonis non solum ignaros, sed fugitantes, ita de suppositionibus, ampliationibus, restrictionibus, appellationibus, exponibilibus, accensu, & descensu contendentes, ut garrula, & invicta loquacitate nos cogere, ut unam, & eandem foeminam, meretricem, & virginem esse crederemus: & aliud esse, vidi Papam, aliud Papam vidi, quae longe differre docent. Et paullo post. Quum tamen haec veriora sint, quam*

quam quae apud Sagram, & ego contra eos tantum, qui ab antiquo tramite novas vias sectantes desciverunt, bellum geram; magister tamen novitatis appellor. Sed hoc me consolor quod a paucis, qui optime sentiunt, inter illos annumeror, qui Cerberum ab inferis conantur extrahere. Huc usque Sanctius, qui multa disputat acutissime in hoc libello.

*Pomponii Melae de situ Orbis libri tres per Franciscum Sanctium Brocensem in inelyta Salmanticensi Academia Primarium Rhetorices, Graecaeque linguae Doctorem purgati, correcti, & emendati. Salmanticae apud Didacum a Cussio. 1598. 8.* Sanctii emendationes paucissimae sunt. Meruit tamen ut Andreas Schotus in suo Annotationum in Pomponium Melam spicilegio, ita scriberet. *Franc. Sanctii, Hispani quoque (antea locutus fuerat de Petro Johanne Olivario) editio ceteris omnibus melior.*

*Francisci Sanctii Brocensis in inelyta Salmanticensi Academia Rhetorices, Graecaeque linguae Doctoris, in Ibin Ovid. & in Ternarium Ausonii Galli Annotationes. Salmanticae, Apud Didacum a Cussio. 1598. 8.* Ovidii, & Ausonii eruditio in his poematibus notissima est; eam optime, breviterque exposuit, & declaravit Franciscus Sanctius in suis Annotationibus.

*Auli Persii Flacci Saturae sex, cum Ecphrasi, & Scholiis Franc. Sanctii Brocensis in incluta Salmant. Academia Primarii Rhetorices, & Latinae Graecaeque linguae Doctoris, cum licentia. Salmanticae apud Didacum a Cussio, anno 1599. 8.* Quicumque velit paucis horis Persium intelligere, Sanctium legat. Ad calcem hujus libelli adjecta est *De Sacrificiis in Cathedrae petitione Praelectio.*

*Doctrina del Estoico Filosofo Epicteto, que se llama comunmente Enchiridion, traducido de Griego por el Maestro Francisco Sanchez Cathedratico de Rhetorica, i Griego en la Universidad de Salamanca. Impresso en Pamplona por Carlos la Bayen 1612. 12.* Sanctius natus annos sexaginta septem edidit hunc libellum 90. foliorum, duodecies complicata charta, & de ejus editione loquens in *Epistola Dedicatoria* ad Cl. virum Doctorem Alvarum Carvajalium, sic ait. *Septem abhinc an-*

*nis excudi coepit Epictetus, & inopia, nunc nummorum, nunc papyri, nunc typographorum, sepultus mansit, donec, Deo volente, Salmanticam venisti. O seclum insipiens! Et tamen illud dicitur aureum, in quo aurum deerat hominibus probis, & eruditis. Multa similia exempla congerere possem, nisi vererem, dicendo vetera, recentia velle indicare. Epicteti sententiam optime Sanctius expressit, etiamsi aliquando verba ponderavit potius, quam numeravit. Annotationes vulgi captui accomodatae sunt. Haec editio repetita est cum aliis opusculis, sic inscriptis.*

*Las coplas de Don Jorge Manrique, con una Glossa mui devota, i christiana de un Religioso de la Cartuja. Va juntamente un caso memorable de la conversion de una Dama.*

*Assi mismo va aora nuevamente añadida la glossa de Mingo Revulgo, i las Cartas en Refranes de Blasco Garai, Racionero de la Santa Iglesia de Toledo.*

*Con un Dialogo entre el Amor, i un Cavallero viejo, compuesto por Rodrigo Cota.*

*Va tambien la Doctrina del Estoico Filosofo Epicteto, traducido de Griego por el Maestro Francisco Sanchez el Brocense. Con licencia. En Madrid, Por la viuda de Alonso Martin, año 1632. 12.*

*ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΡΧΟΣ, sive quinquaginta militum Ductor D. Laurentii Ramirez de Prado stipendiis conductus: cujus auspiciis varia in omni litterarum ditioe monstra profligantur, abdita panduntur, latebrae, ac tenebrae pervestigantur, & illustrantur. Antuerpiae apud Joannem Keerbergium, Anno M. DC. XII. 4. Si Pyrgopolinices Plautinus librum aliquem scripsisset, similiter eum inscripsisset. Verumtamen hic, quo de agimus, revera est eruditus. Nec immerito; creditur enim elucubratus a Francisco Sanctio Brocensi, & interpolatus a Ramirezio, qui par facinus admisit in Hypomnematis, ad librum Spectaculorum, & quatuor primos Epigrammatum M. Valerii Martialis, quae surripuit Balthasari de Cespedes, genero Francisci Sanctii, cui Pentecontarchum tribuit Scioppius in Consultationibus, ut alios omittam.*

*Memini*

Memini Johannem Interamnensem Ajalaeum de hac re loquentem, recitare quosdam versiculos in Ramirezium cani solitos: & in Bibliotheca Regia Madridiensi, ajunt opusculum esse Johannis Suarez de Mendoza, plagium hoc exagitantis. Ego minime id dubito conferens titulum horum librorum, adjungensque *Tesseram legum* ejusdem Ramirezii.

Atque haec sunt opera quae habeo, legique saepissime, Francisci Sanctii Brocensis, de quo multa possem dicere: sed malo finire Justi Lipsii verbis, quae leguntur, *Epist. Cent. ad Italos & Hispanos, epist. 89.* ad Emmanuelem Sarmiento de Mendoza. *Franciscum* (inquit) *Sanctium Brocensem, jam anni multi sunt, cum novi, amo, colo. Probitas, & eruditio viri merentur, & te rogo non salutare tantum, sed collum ille (illius legendum) invadere, & pro me amplecti. Ille Mercurius, ille Apollo est, Hispaniae vestrae. Atque utinam multos excitet, trahatque ad splendidas verasque artes; neque armis tantum ut semper, sed ingeniis etiam, ut olim, floreat ille tractus!*

## ANONYMVS VILLALON.

M. D. LVIII.

*Grammatica Castellana. Arte breve, i compendiosa para saber hablar, i escribir en la lengua Castellana congrua, i decentemente, por el Licenciado Villalon. En Anvers, en casa de Guillermo Simon a la enseña del abestruz. M. D. LVIII. 8.* Hic primus fuit inter Hispanos, qui de hoc argumento tractarit; nam, ut auctor ait, Antonius Nebrissensis Artem linguae latinae in Hispaniam convertit, quod intelligi debet, pleraque Nebrissensis praecepta esse generalia, & utrique linguae, Latinae, & Hispanae convenientia, cum quaelibet lingua suas habeat proprietates, quae observari, & doceri debent in Artibus Grammaticis. Verum hoc neque Villalonus (alioqui non contemnendus scriptor) praestare potuit; neque ad hunc diem quisquam alius executioni mandavit: ideoque paucissimi sunt qui emendate loquantur, aut scribant.

## ALPHONSVS FERNANDEZ.

M. D. LIX.

*Alphonsi Fernandez Berlangensis in Academia Complutensi Collegae Trilinguis, Paranympus, seu publica Legatio habita in Theatro ejusdem Academiae, in Doctōratu novem virorum clarissimorum, ad illustrem admodum, nec non doctrina, & optimarum disciplinarum studiis eruditissimum virum Hieronymum de Fonseca Comitis de Monterei clarissimum filium, & paternae ditionis legitimum haeredem. Compluti. Ex officina Joannis Brocarii. 1559. 8. Praemisit auctor facundam Orationem de laudibus Theologiae: deinde oratiunculae secuntur, in quibus laudantur, cl. vir, Johannes Emmanuel Hispalensis Decanus, Magister Calleja, Magister Cenoz Cantaber, Magister Ximenez, Magister Didacus Lopez, Magister Joannes Garcia Numantinus, Magister Fontidonus praeceptor Oratoris, Magister Garci-Perez, Magister Villalpandus.*

## FEDERICVS FVRIVS SERIOLANVS.

M. D. LIX.

*El Concejo, i Consejeros del Principe, obra de F. Furiò Ceriol, que es libro primero del quinto Tratado de la Institucion del Principe. En Anvers, en casa de la Biuda de Martin Nucio. Año M. D. LIX. 8. Locum hic dedimus huic insigni Valentino propterea quod etiam scripsit Institutiones Rhetoricas. Salutaris est doctrina quam tradidit in hoc libello, & tanto viro digna.*

## JOANNES DE ICIAR.

M. D. LIX.

*Libro sutilissimo por el qual se enseña a escribir, i contar perfectamente, el qual lleva el mesmo orden que lleva un Maestro con su Discipulo. Hecho, i experimentado por Juan de Iciar Vizcaïno. Impresso*

a



a cosas de Miguel de Zapila mercader de libros, vecino de Zaragoza, 1559. 4. Liber utilis, & rarissimus.

## LAURENTIUS PALMYRENSIS.

M. D. LX.

Laurentii Palmyreni, Grammatici laboriosissimi, qui multa scripsit, optima pessimis permiscens, homo quippe fuit multae, ac variae lectionis, sed neque praeclari ingenii, neque magni iudicii, habeo libellum miscellaneum absque frontispicio. In eo continentur haec opuscula.

*Libellus de ratione syllabarum. Scriptus Caesaraugustae 13. Kal. Februarias anni 1560.*

*Praelectiones in Orthographiam dictante Laurentio Palmyreno exceptae a Martino Sanctijuste Caesaraugustano. Calendis Octobris 1560.*

*De vera & facili imitatione Ciceronis in partes duas distributa.*

*Partem priorem Dialogo Hispanico declaramus. Partem alteram Latino sermone persequimur. 8. Palmyreni opera similia sunt auctionibus, in quibus multa possunt eligi, plura negligi.*

*Rhetoricae Prolegomena Laurentii Palmyreni ad amplissimum virum D. D. Franciscum Caclin del Castillo Archidiaconum Saetabensem. Valentiae ex Typographia Joannis Mey 1567. 8.*

*Prima pars Rhetoricae Laurentii Palmyreni ad amplissimum virum D. D. Franciscum Caclin del Castillo, Archidiaconum Saetabensem. Valentiae ex typographia Joannis Mey. 1567. 8.*

*Secunda Pars Rhetoricae Laurentii Palmyreni, in duos libellos distributa: quorum prior elocutionis praecepta; alter exercitationem, & exempla complectitur. Valentiae ex officina Joannis Mey. 1567. 8.*

*Tertia & ultima Pars Rhetoricae Laurentii Palmyreni, in qua de memoria, & actione disputatur. Ad illustrissimum Dominum D. Petrum Volscium Serenissimi Regis Poloniae Legatum dignissimum in Hispania.*

*nia. Valentiae. Ex Typographia Joannis Mey. 1566. 8. Procul dubio Palmyrenus prius absolvit hanc tertiam partem, & praelo ante alias commisit.*

Huic Tertiae Parti adjuncta sunt aliqua opuscula, sic inscripta.

*Sylva veterum apophthegmata complectens, quae verborum obscuritatem fugiendam esse, vitandum solaecismum, & orationem nimis elaboratam, & id genus alia magna Historiae suavitate declarant, a Laurentio Palmyreno ex variis auctoribus collecta.*

*Declamatio, quae Judex oppressus inscribitur, Laur. Palmyreni.*

*Praefatio in sequentes Declamationes Palmyreni, recitata a Vincentio Noguèr Valentino.*

*Declamatio Prima Laurentii Palmyreni, publice recitata a Joanne Escamilla Valentino 1566.*

*Declamatio superiori respondens per Laurentium Palmyrenum, recitata a Gaspare Noguèr Valentino.*

*Fragmenta aliquot ex Comoediis Palmyreni, quibus lector molestiarum praeceptionum taedium discutiet: dum autor ipse eas emendat, & seorsum in lucem edendas curat: interim adolescens studiosus exempla inventionis, & elocutionis urbanitate, & sale comicorum ornata lectitabit.*

*Palmyreni Praefatio in suam Comoediam Lobeniam, quae acta est in Academia Valentina idibus Januariis, 1566.*

*Fragmentum libri, qui inscribitur Lexicon Nauticum, & Aquatile.*

*Fragmentum ex Sigonia Comoedia Palmyreni.*

*Fragmentum ex Comoedia Octavia.*

*Laurentii Palmyreni Oratiuncula Valentiae habita 1563. mense Decembri. Libros varios adolescentibus noxios non esse.*

*In fine libri sic legitur. Absolutae sunt hae tres Rhetoricae Partes, Deo duce, pridie nonas Julii 1566. Eas habet venales Palmyrenus in suis aedibus Valentiae: pretium constituit victoriatos tres, in partes singulas.*

*Excus-*

*Excuditur modo Sylva rei nummariae, quae Deo duce intra dies quindecim absolvetur. 8.*

*Silva de Vocablos, i Frases de Moneda, Medidas, Comprar, i vender para los niños de Gramatica Lauren. Palm.*

*Aut doce,*

*Aut disce,*

*Aut patere prodesse cupientem.*

*Valentiae. Ex Typographia Joannis Mey, in Platea Herbaria. Anno 1566. 8.* In Palmyreni Rhetorica invenitur quidquid optimi magistri docuerunt. Sed multa inepta permiscentur. Declamationes sunt vulgarissimae; Comoediarum fragmenta, prodigiosa. Memorata Silva non inutiliter adiri potest.

Secundae partis praecedentis Rhetoricae habeo aliam editionem sic inscriptam. *Rhetoricae Laurentii Palmyreni Pars secunda in duos libros distributa: quorum prior elocutionis praecepta, alter exercitationem, & exempla complectitur. Ad amplissimum, & illustrissimum Dominum D. Hieronymum Corellam Comitis Cocentinae filium haeredem, &c. Valentiae ex officina Joannis Mey, 1565. 8.*

*Vocabulario del Humanista compuesto por Lorenzo Palmireno, donde se trata de Aves, Peces, Quadrupedes, con sus vocablos de cazar, i pezcav, hierbas, metales, monedas piedras preciosas, Gomas, Drogas, olores, i otras cosas, que el estudioso en las letras humanas ha menester. Dirigido al Illustrissimo, i Reverendissimo Señor, Don Joan de Ribera, Patriarca de Antioquia, Arzobispo de Valencia &c. Ai tambien un Vocabulario de Antiguallas para entender a Ciceron, Cesar, i Vergilio. Valentiae, Ex Typographia Petri a Huete, in Platea Herbaria, 1569. 8.* In tanta rerum varietate multa sunt lectu digna.

*Vocabulario del Humanista de Lorenzo Palmireno. Añadieronse en esta segunda impressiõ: Pons Caesaris. Selecta Animalia. Stromata, &c. En Barcelona, impresso en casa de Pedro Malo, año de M. D. LXXV. 8.*

*Campi Eloquentiae, in quibus Laurentii Palmyreni Ratio Declamandi, Orationes, Praefationes, Epistolae, Declamationes, & Epigrammata continentur, ad illustrissimam Academiam Valentinam.*

*Valentiae. Ex Typographia Petri a Huete M.D.LXXIV. 8.* Loquentiam potius suam, quam eloquentiam auctor in his campis ostentat.

*Phrases Ciceronis. Hypotyposes clariss. virorum. Oratio Palmyreni post reditum. Ejusdem fabella Aenaria. Valentiae, Ex Officina Pet. a Huete 1574. 8.* Phrases Ciceronis pueris utiles esse possunt. Hypotyposes cum delectu legi debent. Oratio potius est Declamatio, in qua nonnulla sunt ad Historiam literariam pertinentia. Fabella Aenaria vere ridicula, & in qua ipse fatetur, se non servasse Comoediae leges, sed imitatum fuisse, *Farsas Hispanicas.*

*Laurentii Palmyreni de Arte Dicendi libri quinque. Quarta editio. Valentiae, Ex Typographia Petri a Huete. 1577. 8.* Brevius hic Palmyrenus tradidit, quae latius alibi. Sed tamen multa aliena, & non pauca inepta admiscuit.

*Profodia Laurentii Palmyreni, quam Agesilaus Filius Poëticae facultatis in Academia Valentina Professor, hac septima editione & auxit, & emendavit.*

*Adagia Hispanica in Romanum sermonem conversa ejusdem auctoris Lauren. Palmyreni.*

*Valentiae, apud Gabrielem Ribas, Anno 1591. 8.* Profodia haec brevitate commendabilis est. In Adagiis Hispanicis, & Latinis similitudo potius, quam paritas quaesita.

Eo tempore quo Palmyrenus homo probus, & utilitatis publicae cupidissimus Valentiae docebat, florebat ingeniosissimus Poëta Jacobus Falco, qui videns quam ineptus versificator, & declamator esset Palmyrenus; sic in eum lusit.

*Misellus ille, qui vacat Poëticae,  
Ut multa gens mortalium,  
Audetque foccum, vel cothurnum tangere,  
Ignarus artis Musicae,  
Scribit, probatque quidquid a stilo cadit;  
Vix vix liturae displicent.  
Labore functus, & dolosa scenicam  
Spe pollicente gloriam,*

*Am-*

*Ambit Senatum, currit ad Collegia,  
Invitat omnes ordines.*

*Theatra deinde cernit infrequentia,  
Rarum in corona Nobilem.*

*Claros honore, vel scientia viros,  
Manu recenset unica.*

*Exit triformis quadriformis fabula  
Linguisque diversis rudens.*

*Auditor omnis spectat alter alterum;  
Et unde sit monstrum, rogant.*

*Magis, magisque rumpitur silentium,  
Hic clamat, ille sibilat.*

*Si quis modestus interest,  
Aut dormit, aut praesens abest.*

*Et cum perorat histrio novissimus,  
Et dicit optatum Vale,*

*Placere demum ineptus autor incipit,  
Auditque inauditum Probe.*

*Hacc ut loquutus verba Palmirenus,  
Poeta jam non amplius,*

*Omnes recondit scriniis ineptias,  
Mox in theatrum protulit.*

Aptissima Grammatici illius descriptio! quae utinam non esset aptior quam plurimis aliis nostri temporis. Quare non immerito idem Falco, sic Musas allocutus est.

*Valete, Musae, si potestis amplius  
Amare Palmirenium.*

*Lenonis instar vos adire virgines,  
Castasque Parnassi Deas*

*Indignus horret, diligitque putidas,  
Loquacitatis filias:*

*Quas ille vestris vanus ornat vestibus,  
Vestroque honestat nomine.*

*Et per Theatra, ut impia lupanaria  
Adulterantes exhibet:*

*Adulterantes impolita carmina,  
Versusque olentes fornicem.*

*Valete, Musae, si potestis amplius  
Amare Palmirenium.*

Haec cum ita sint, valde mirarer, Emmanuelem Martinum, Latinae linguae peritissimum, inter Hispanos qui hanc linguam optime calluerunt, Palmyrenum numerasse *Epistolar. lib. III. epist. 9. & lib. VII. epist. 21.* nisi in ea essem opinione, eum ita locutum hominis fama permotum, cujus scripta fortasse nunquam legerat: alioqui nullo modo probare poterat dicendi genus monstrosum, praecipue in Comœdiis, ubi affectavit plures linguas scire, quam Ennius, eas absurdissime permiscens.

## PETRVS SIMON APRILEVS.

M.D.LXI.

*Latini idiomatis docendi, ac discendi methodus ad illustrissimum, eundemque amplissimum Dominum D. Ferdinandum ab Aragonia Caesar-augustanorum Pontificem, vel, ut nunc loquuntur, Archiepiscopum, authore Petro Simone Aprileo, Craticulensi. Caesar-augustae, apud Bartholomaeum Marcum. 1561. In fine operis sic legitur. Lugduni Mathias Bonhome excudebat. 8. Itaque libellus hic Lugduni excusus, vendebatur Caesaraugustae. Hae Latinae linguae Institutiones ea methodo scriptae sunt, ut facillime disci queant ob brevitatem, perspicuitatemque. Ostendit autor tunc adolescens, quam praeclarus hujus artis magister futurus esset, cum aetate illa uni cederet Francisco Sanctio Brocensi, quem egregie coluit.*

*Petri Simonis Aprilei Laminitani de lingua Latina, vel de Arte Grammatica, libri quatuor nunc denuo ab ipsomet auctore correcti, & emendati, atque ad multo faciliorem dicendi stilum revocati, cum Hispanae linguae interpretatione, iis certe, qui in Latinae linguae usu sunt rudes & tirones, utilissima.*

*Ad.*

*Adjectus est in fine liber de Arte Poëtica, versuumque natura, ad facile intelligendos Poëtas utilis imprimis. Editio tertia.*

*Tudelae, Per Thomam Porralis Allobrogem, ipsiusmet auctoris studio, & opera correctum. 1573. 8.* Multa praeclara tradidit Aprilis in his *Institutionibus*, tum in praeceptis, tum in docendi methodo. Praecipue damnavit Gallorum morem, qui ut pueri verborum abundantiam assequerentur, magnam synonymorum copiam, & phrasium eos docebant: quod nihil aliud est, quam efficere, ut loquendi proprietatem ignorent. In enarrandis auctoribus ait, se antiquitatis notitiam puerorum animis ingerere: varios verborum usus pro diversitate nominum, quae afficiunt, docere solebat: assiduitatem in scribendo, non in loquendo jubebat. Multa ex Cicerone in Hispanam linguam vertebat, ut discipuli sui eadem Latine redderent, eoque modo Cicerone magistro uterentur. Libellus quem inscripsit *de Arte Poëtica*, est *de Profodia, & Arte Metrica*. Eique subjunxit *Apologiam adversus invidios, & detractores suos*. In ea se purgat propterea quod multa omiserit ex Antonii Nebrissensis *Arte ad Artem Grammaticam* non pertinentia; quod non eam Latina, sed Hispana lingua doceret, ut sciendi instrumentum notum esset discenti: & denique quod brevitati consulerit nullo perspicuitatis dispendio. Equidem cum Aprilis in ea esset sententia, Grammaticam vernacula lingua doceri debere, nescio quam ob causam latina etiam eandem doceret, cum non ageret de omnibus, sed de Hispanis solum instituendis. Nisi forte vereretur in eorum reprehensionem incurrere, qui aliter sentirent. Certe, ut ineptum est Latine docere Hispanae discenda; ita supervacaneum, Latine docere, quae quis Hispanae jam didicit.

*Accusationis in C. Verrem liber primus, qui Divinatio dicitur, Oratio quarta cum interpretatione Hispana & Scholiis Petri Simonis Aprilis Laminitani. Caesaraugustae. Excudebat Petrus Sanchez Ezpeleta Typographus Regius excellentissimi Domini Ferdinandi ab Aragonia Archiepiscopi Caesaraugustani hujus Regni Pro Rege, nec non illustrium Dominorum Inquisitorum. 1574. 4.* Interpretatio quae in eadem pagina respondet textui, fidelissima est: Scholia, puerorum mentibus aptissima,

sima, & summi Oratoris mentem optime declarantia. Sic doceri debet lingua Latina; nec melior magister esse potest, quam Cicero.

*Las seis Comedias de Terencio escritas en Latin, i traducidas en vulgar Castellano por Pedro Simon Abril, Professor de letras humanas, i Filosofia, natural de Alcaraz. Dedicadas al mui Alto, i mui Poderoso señor Don Hernando de Austria Principe de las Españas. Impresso en Zaragoza en casa de Juan Soler, impressor de libros. 1577. 8. Praemisit Aprilis Terentii Vitam ex Aelio Donato, eique adjunxit e regione suam versionem. Subjunxit Cornuti, aut Asperi libellum de Tragodia, & Comoedia, cum interpretatione sua, vel, ut Aprilis censet, variorum auctorum opusculum centonarium. Deinde Terentii Comoedias excusit collocans earum textum in una pagella, & versionem in altera opposita ut facile quis in utramlibet possit oculos conjicere: & singulis Comoediis, Aelii Donati Argumenta praeposuit cum interpretatione sua Hispana. Haec est vera methodus docendi linguam latinam per interpretationes fideles, dummodo curae sit Magistris, ut cum periculum faciant, an sui discipuli interpretari sciant, curent ut textum solum habeant praesentem. Domi vero suae maxime conducit ut hujusmodi interpretationes legant, relegantque, quae Magistrorum vice funguntur. Olim Constitutionibus Academicis legebatur Terentius. Tunc pueri Latine, & pure sciebant loqui. Nunc quo in statu res sit, omnes vident.*

*Las seis Comedias de Terencio conforme a la edicion de Faerno, impressas en Latin, i traducidas en Castellano por Pedro Simon Abril, natural de Alcaraz. Dedicadas al mui Alto, i mui Poderoso Señor Don Hernando de Austria, Principe de las Españas. Impresso en Alcalà por Juan Gracian, año de 1583. 8. Usus est Aprilis, ut ipse ait, Faèrni exemplari Terentiano, & fatetur etiam se multum adjuvisse doctissimum virum Franciscum Sanctium, Rhetorices Professore in Salmanticensi Academia, quicum interpres comunicavit quosdam locos. Omisit Aprilis in hac editione Terentii Vitam, & libellum de Tragodia, & Comoedia, cujuscumque ille sit, & Terentii Comoediis praemisit C. Sulpis Apollinatis Periocha cum interpretatione sua. Gaspar Scioppi.*



oppius, qui omnes scriptores reprehendere solebat, in *Consultatione II. de Prudentiae, & Eloquentiae parandae modis in adolescentis cujusdam Germani usum*, non dubitavit scribere, *Terentii Comoedias a Simone Aprilaeo in Hispanum sermonem elegantissime conversas*; laudavitque hanc editionem Complutensem; quam repetitam habeo *Barcinone apud Jac. Cendrat, anno 1599. 8.*

*Los diez i seis libros de las Epistolas, o Cartas de Marco Tulio Ciceron, vulgarmente llamadas Familiares: traducidas de la Lengua Latina en la Castellana por el Doctor Pedro Simon Abril, natural de Alcaraz. Con una Chronologia de veinte i un Consulados, las cosas mas graves que en ellos sucedieron, en cuyo tiempo se escribieron estas cartas. En Valencia en la Imprenta de Vicente Cabrera, año 1578. 4. Aprilis translatio fidelis est. Eam ego soleo commendare pueris Latinae linguae cupidis.*

*Los dos libros de las Epistolas Selectas de Marco Tulio Ciceron: en que se pone el uso de cartas narratorias, i de favor, llamadas, Comendaticias, puestas con Traduccion, i Declaraciones en lengua Castellana, hechas por el Maestro Pedro Simon Abril, Professor de Letras Humanas, i Filosofia, natural de Alcaraz, i Cathedratico en la insigne Universidad de Zaragoza.*

*Auctoris ad lectorem Tetrastichon.*

*Olim quod solitum est numeroso tempore disci,*

*En potes exiguo quaerere, Lector: habe.*

*Nam tibi dat parvo praesens volumine charta*

*Quod tulit eloquio lingua Latina suo.*

*En Zaragoza por Juan Soler Impressor de libros, Año 1583. 8. Hic libellus, qui dicatus est Antonio Augustino, Episcopo tunc Ilerdensi, continet Ciceronis Epistolas Selectas puerorum captui aptiores, quibus e regione in eadem pagina respondet versio perquam fidelis, subjunctis Adnotationibus, nonnunquam philologicis, & plerumque Grammaticis. Utilissimum est hoc opusculum Latinam linguam discere volentibus. Auctor, alioqui vir doctissimus, suo tetrasticho docuit ine-*

*ptum*

ptum esse versificatorem. Tertium versum iisdem verbis retentis quin metri leges violaret, sic emendare potuisset.

*Namque tibi praesens dat charta volumine parvo.*

*Los ocho libros de Republica del Filosofo Aristoteles traducidos originalmente de lengua Griega en Castellana por Pedro Simon Abril, natural de Alcaraz, i Catbedratico de Rhetorica en la Universidad de Zaragoza, i declarados por el mismo con unos breves, i provechosos comentarios para todo genero de gente, i particularmente para los que tienen cargo de publico gobierno. Dirigidos ad ilustrissimo Señor el Reino de Aragon, i en su nombre al mui ilustre Señor sus Diputados.*

*Estan assi mismo aparejados para salir a luz con la misma diligencia los diez libros de las Ethicas del mismo Filosofo, si por la esperiencia se viere, que dà gusto esta dotrina. En Zaragoza. Con licencia impresos en casa de Lorenzo, i Diego de Robles hermanos, Año 1584. 4. Aprilis interpretatio librorum de Republica elegans est. Eam capitibus distinxit, singulisque argumenta praeposuit. Versionem Ethicorum ab eo promissam, puto ineditam. Et quanquam ejus titulum legi in Catalogo librorum venalium; cum eam petiissem a librario, qui Catalogum confecerat, respondit mihi se deceptum fuisse, & eum librum nunquam habuisse, neque vidisse. Quod monendum duxi, ne quis decipiatur.*

*La Gramatica Griega, escrita en lengua Castellana, para que desde luego puedan las niños aprender la lengua Griega juntamente con la Latina, conforme al consejo de Quintiliano, con el ayuda, i favor de la vulgar: compuesta por Pedro Simon Abril, natural de Alcaraz, Maestro en la Filosofia. Dirigida al Retor, Claustro, i insigne Universidad de Salamanca. En Madrid, por Pedro Madrigal. 1587. 8. In hoc libello vere aureo multa continentur, videlicet.*

*Alphabetum Graecum, literarumque Graecarum artificiosa conjunctio.*

*Latinae & Graecae linguae collatio.*

*Idea ad ediscendas simul linguas Latinam, & Graecam ope vulgaris,*

gari, divisa in sex classes, indicato ordine, qui observari debet in singulis classibus, librisque, qui in singulis illis legi debent.

Artificiosa praecepta ad linguam Graecam discendam scripta lingua vernacula cum exemplis Graecis quo facilius pueri ea intelligant.

Diversorum auctorum graves sententiae, divisae per locos communes cum versionibus, Latina, & Hispana, ut praeceptorum exercitium agnoscant pueri.

Postremo Cebetis Tabula, Graece, Latine, & Hispane.

Primera Parte de la Filosofia llamada la Logica, o Parte Racional, la qual enseña como ha de usar el hombre del divino, i celestial don de la razon: assi en lo que ertenece a las Ciencias, como en lo que toca a los negocios. Colegida de la dotrina delos Filosofos antiguos, i particularmente de Aristoteles por Pedro Simon Abril Doctor, si quier Maestro en la Filosofia. Dirigida a Don Juan de Idiaquez, Comendador de Monreal, del Consejo de su Magestad. Con Privilegio. Impressa en Alcalá de Henares, en casa de Juan Gracian Impressor de libros, Año 1587. 4. Haec Logica multo utilior est, quam quae tradi solet in Aca-  
demiis. Vellem ego ut plura docerentur, & breviori stilo.

Fabulas de Esopo, traducidas de Lengua Latina en Castellana por Simon Abril. Dedicadas a Don Josef de Exea, i Descartin. En Zaragoza por Diego Dormer, año 1647. 8. Textui Latino respondet in eadem pagina alia versio Castellana ad literam. Ideoque non solum pueris ad Latinam linguam discendam; sed exteris etiam ad Castellanam utilis est hic libellus.

ALPHONSVS TORRES.

M. D. LXIII.

Commentarii in quartum Antonii Nebrissensis, editi a magistro Alfonso Torres Turriculano, amplissimi Divi Isidori Collegii patrono, & eloquentiae Professore in Academia Complutensi. Quibus accessit Tractatus de Concordantia, regimine, & figuris constructionis. Compluti ex

P

officina

*officina Petri a Robles, & Francisci a Cormellas. Cum licentia excussi. 1563. 8.* Hi Commentarii, licet docti, potius inservire possunt ad Antonii Nebrissensis doctrinam illustrandam, & Grammaticae Praeceptores plenius erudiendos, quam ad juventutem instituendam ob auctoris facundiam, quae in prolixitatem incidit.

*Commentarii in quintum Antonii Nebrissensis editi a Magistro Alfonso Torres Turriculano, amplissimi Divi Isidori Collegii patrono, & Eloquenziae Professore in Academia Complutensi. Compluti. Ex officina Petri a Robles, & Francisci a Cormellas. Cum licentia excussi. Anno 1563. 8.* Haec fuit prima ingenii hujus auctoris foetura, ut ait ipse auctor, qui gloriatur se ante alios in Profodiae mysteria penetrasse.

## PEDRO DE MADARIAGA.

M. D. LXV.

*Libro sutilissimo intitulado, Honra de Escrivanos, compuesto, i experimentado por Pedro de Madariaga Vizcaïno. Ad calcem libri ita legitur. Fue impressa la presente obra intitulada Honra de Escrivanos en la coronada Ciudad de Valencia en casa de Juan Mey, año de 1565. el postrero de Agosto. 8.* Hoc opus tripartitum est. In prima parte continentur septem Dialogi in laudem bonae scripturae. In secunda traduntur praecepta recte scribendi intra duos menses absque exemplari, & magistro. In tertia docetur Orthographia. Madariaga fuit primus, qui Valentinos docuit, distincte, & eleganter scribere praeceptis utens Geometricis.

## BLASIVS SERNA.

M. D. LXV.

*Magistri Blasii Sernae Toletani, & in Toleti Academia Grammaticae Professoris, perbreves Expositiones in librum secundum, quartum, et quintum Antonii Nebrissensis, in utilitatem puerorum ex variis Grammaticis collecta. Toleti apud Franciscum Guzmanum 1565. 8.* Cum Antonii Nebrissensis Introductiones in Latinam Grammaticam prolixae essent,

essent, magna inter Grammaticos contentio orta fuit, ut brevius, & dilucidius traderentur. Serna sensit, & non immerito, Artis regulas non esse metro alligandas, fortassè quia hujusmodi versus solent esse obscuriusculi, & tirones metri leges ignorant, & per illos versus non debent discere harmoniam Poëticam. In hoc libello Serna rudimentis quae in primo libro Nebrissensis continentur, nihil addidit, aut detraxit; secundum, & quintum carmine conscriptos brevissima solutae orationis expositione donavit; quartum, in quo de syntaxi partium orationis agitur, in Epitomen redegit. Verum ego vellem in Grammatica minorem regularum numerum, aliamque methodum expeditiorem.

## PETRVS JOANNES PERPINIANVS.

M. DC. XXIII.

*Petri Joannis Perpiniani Soc. Jesu Presbyt. Orationes duo de viginti. Additae sunt Orationes V. quinque Presbyt. Soc. Jesu, Romae pridem editae, hac postrema editione a mendis repurgatae, & novis additionibus marginalibus, cum indice copiosissimo in commodum juventutis adauctae. Coloniae Agrippinae apud Petrum Henningium sub signo cuniculi, anno 1623. 12. M. Antonius Muretus, vir eloquentissimus Var. Lect. lib. XV. cap. 1. sic de Perpiniano censuit, Darium Bernardum alloquens. Nunquam enim (inquit) quemquam audiisti, ac ne audies quidem, ut opinor, in quem illud de Nestore eclogium melius conveniret, cujus ex ore melle dulcior fluebat oratio. Eodemque modo judicavit Johannes Mariana, dicans Scholia sua in Vetus Testamentum Cardinali Roberto Bellarmino. Artem (inquit) Oratoriam Perpinianus tradebat, ex cujus ore melle dulcior fluebat oratio, eloquentiae laude cum primis nostrae aetatis comparandus, neque antiquis absimilis. Secutus est Perpinianus Ciceronianum illud imitandi genus, quo ipsa verba exprimuntur, quod pueris incipientibus imitari utile est; sed negari non potest, quin ejusmodi imitatio meditationis fructum impediatur, & dicendi facultatem retardet.*

## BENEDICTVS ARIAS MONTANVS.

M. D. LXIX.

*Rhetoricorum libri quatuor Benedicti Ariae Montani Theologi ac Poëtae laureati, ex disciplina militari Divi Jacobi Enfigeri ad Gasparem Velefium Alcocerum. Cum Annotationibus Antonii Moralii Episcopi Mechuanensis, quae rem omnem quam brevissime explicant. Antuerpiae. Ex officina Christophori Plantini. M. D. LXIX. 8. Videtur ipse Lucretius hos Rhetoricorum libros scripsisse, si sermonis proprietatem, nativam elegantiam, iudicium, & doctrinae praestantiam spectes. Artis praecepta egregia sunt, & mirabili methodo disposita. Moralii Annotationes opportunae, & brevissimae. De reliquis sapientissimi Ariae Montani operibus silere fatius puto, quam pauca loqui.*

## BARTHOLOMAEVS BARRIENTOS.

M. D. LXX.

*Barbariei lima agens de verborum constructionibus, vocibusque barbaris, & parum usitatis, quae Latina censentur, quomodo usitate, & Latine enunciabuntur, Magistro Barriento Salmanticae Cathedrae auctore.*

*Inserta sunt & vocabula quaedam Latina in Lexicis haecenus non excusa. Salmanticae, expensis Simonis a Portonariis. Cum privilegio. 1570. In fine legitur. Salmanticae excudebat Mathias Mares Typographus. 8. Cum Hispana lingua careat perfecto Dictionario, necessaria sunt multa huiusmodi subsidia ad illam indigentiam supplendam.*

*Synonymorum liber liberalium Artium Magistri Barrienti bonarum literarum Salmanticae Professoris. Tertia editio. Salmanticae. Expensis Simonis a Portonariis. Cum privilegio. 1573. 8. Bartholomaeus Barrientos per viginti annos in hoc libello succisivis horis laboravit: plura synonyma esse putavit, quam revera sunt. Utilis esse potest hic libellus, Latine scribere volentibus, si forte sit necesse dictionem aliquam variare.*

*Annotationum Sylva per liberalium Artium Magistrum Barrientum*

*tum Salmanticae Cathedrarium. Salmanticae excudebat Joannes Baptista Terranova. Anno 1570. 8. Hae Annotationes sunt, Grammaticae, philologicae, & juridicae, & quidem non contemnendae.*

*Brevissimae in Somnium Scipionis Explanations per Magistrum Barrientum concinnatae. Expensis Simonis a Portonariis 1570. In fine sic legitur. Salmanticae Excudebat Mathias Mares M. D. XXX. 8. Variam, & amoenam lectionem ostendit Barrientos in his Explanacionibus.*

## JOANNES PETREIUS.

M. D. LII.

*Joannis Petreii Toletani Oratoris eloquentissimi, nec non & Poetae ingeniosis. libri quatuor in laudem Divae Mariae Magdalенаe, una cum aliis ejusdem opusculis in fine adjectis. Ad sereniss. Principem Hispaniarum Philippum, nunc primum in lucem editi, & diligenter excusi. Toleti apud fratres Ferrarienses. Cum privilegio. In fine sic legitur. Excusum praesens opus apud Fratres Ferrarienses. Toleti. Anno Domini M. D. LII. 8. Quae continentur in hoc opere sunt.*

*Libri quatuor in laudem D. Mariae Magdalенаe.*

*Genethliacum Sereniss. Principis Philippi.*

*Epithalamium ejusdem, & Sereniss. Principis Mariae.*

*Euterpe, seu de Musica.*

*Carmen in laudem D. Christophori.*

*Epigrammaton liber unus.*

*In fine libri quarti Magdalенаe, sic legitur. Johannes Petreius Toletanus miro studio, ac pietate erga Divam Mariam Magdalенаm, hoc Poema de ejus laudibus aggressus, anno aetatis suae XXV. mense XI. saepe deinde intermissum, ac saepe repetitum absolvit tandem anno suae aetatis XXXII. eodemque ab orbe redempto M. D. XLIII. VII. Calend. Septem. idque vovet, ac dedicat eidem Sanctiss. Divae, hoc qualicumque munusculo sibi eam apud Christum Opt. Max. patronam adoptatam, unice cupiens.*

*Joannis Petreii Toletani Rhetoris disertiss. & Oratoris eloquentiss. in Academia Complutensi Rhetoricae Professoris, Comoediae quatuor.*

tuor. nunc primum in lucem editae. Toleti, Apud Joannem Ayalam. Anno 1574. Cum privilegio. 8. Editiones hae postumae sunt. Ludovicus Catena, homo doctus, & Complutensis Academiae Cancellarius, Petreium vita functum duobus epigrammatis celebravit, quae, quia Andreas Schottus confudit, hic separatim describam eo modo, quo praemissa fuerunt memoratis Comoediis.

*Ludovici Cathenae Complutensis Academiae Chancellarii, & Sancti Justi, & Pastoris Abbatis, in obitum Joannis Petreii Toletani Carmen.*

*Cur rapis ante diem, mors immatura, Petreium?*

*Cur tantum in magnos, impia, juris habes?*

*Naturae insidias moliri, inimica, videris:*

*Tendere & armatas in sua dona manus.*

*Quicquid enim toto praeclarum nascitur orbe,*

*Protinus hinc fato tollis, acerba, gravi.*

*Hunc pro sublatis a te praestantibus olim*

*Substituit nobis: hunc &, acerba, rapis.*

*Viribus heu, nimis usa tuis: quem intercipis unum*

*Ereptum decuit legibus esse tuis.*

*Ejusdem Distichon,*

*Foribus Templi affixum, dum idem efferretur.*

*Effertur juvenis supra qui se extulit omnes*

*Ingenio juvenes, eloquioque senes.*

*Mortem obiit anno aetatis suae trigesimo tertio.*

Igitur, si bene calculum ineamus, natus fuit Johannes Petrejus anno M. D. XIII. denatus anno M. D. XLV. aetatis suae XXXIII. non XXXV. ut opinans dixit Alvarus Gomezus, quem secuti fuerunt Andreas Schottus, & Nicolaus Antonius.

Ad Petrejum quod attinet, Andreas Navagerius, homo scriptis, & carmine disertus, Venetorum apud Carolum V. Orator, eum audire optavit. Quo audito, Italiam aliquando praerepturum ingenue confessus est, ut refert laudatus Schottus, cujus est sequens iudicium. Nec minus si carmen Petrejus pangeret, natum, non factum poetam



tam diceres. Testatur id Magdalena, heroicum, & grandiloquum Poëma, & Epigrammata eleganti tersoque stilo scripta de laudibus clarorum Complutensium: & Comoediae quattuor ex Italicis Latinae factae, sed numeris non adstrictae, editae in lucem ab Antonio fratre, ut postumus partus fuerit, quod immatura morte praereptus sit. Haec Schottius. Matamorus vero plenius Petreii laudes persecutus est. Immatura morte (inquit) nobis ereptus, ingenii, & eloquentiae suae triste desiderium Academiae Complutensi reliquit. Impetratum hoc (quantum ego arbitror) a Ciceronis Manibus, ne si diutius ille vixisset, inventus esset aliquis, qui ex eloquentiae laude ad ipsum Ciceronem aspirasset. Sed cum esset juvenis, delectabat magis, quam inflammabat, & quodam quasi cantu detinebat auditores, & suavitate vocis, cujus plurimum illi natura dederat; sic exhilarabat animos, ut perorata causa dimissi, qui in ea concione aderant, honorifice, & cum admiratione de hujus viri eloquentia loquerentur, & multis post diebus sermonibus requirerent amoenitatem illam. Sed me movebat magis Johannis Petreii Poësis, quae non humanum aliquid, aut infimum, sed divinum, & excelsum sonabat, ubi non ille languor inerat, quem orationis jocunditas, ubertas laetea, suaviores numeri, imitatio Ciceronis affuebant: sed magnitudo quaedam, & sublimitas mentis, quae vi quadam occulta, & spiritu magni vatis hominum mentes permovebat. Utraque vero arte plurimum valuisse, testes sunt Complutenses. Nec illi defuit extemporales facultas, vel ultro, & ex consuetudine declamanti, vel saepe etiam adventu procerum, & virorum nobilium intercluso, ubi non paratum aliquid, & praemeditatum recitabat, sed de omni re proposita, quam modo intellexisset, ornate, & copiose incredibili quadam suavitate differebat. Quod si hoc Matamori testimonium, oratorium videtur, ut alicubi certe est, imo poëticum, veluti cum de Ciceronis manibus loquitur; audiamus disertissimum virum Alvarum Gomecium, qui praeter ea quae scripsit ad eruditissimum virum Petrum Rhuam epist. XVIII. breviter edenda, sic scripsit lib. VIII. de Rebus Gestis Francisci Ximenii. Haec (inquit verba faciens de Rhetoricae Cathedra) primum Johanni Fernandio Hispalensi, cujus nunc doctrina Conimbricensis Academia permultum juvatur, deinde Jo. Petrejo Toletano commissa est, juveni ingeniosissimo,

mo, qui non ita pridem Complutum venerat: *cujus indoles, & dicendi vigor, quemadmodum excellentis artificis signo accidere Cicero ait, simul aspectus, & probatus est. Ejus tam prompta erat, & extemporalis ad dicendum facultas, tam amoeno amne, & perenni fluens, tamque liquido, & minime turbido, ut medio in Latio natus, & eruditus, iudicio etiam Italorum, qui illum audierant, videretur. Pangebatur etiam venustissima carmina, cuius rei amplum testimonium, editis aliquot per Antonium fratrem ejus Poematibus, quae apud nostros circumferuntur, datum est. Iustum opus de vita, & actibus Mariae Magdalene poëticis virtutibus refertissimum scripsit: cui si ultimam manum addere licuisset, esset profecto opus praeclarum, & undique absolutum. Laetam saepe numero Academiam fecit facetissimis Comoediarum argumentis. Multum de ejus ingenio sperabatur, ni immatura morte praeventus fuisset: neque enim (opinor) quintum & trigessimum annum attigerat.*

In eadem Academia Complutensi Eloquentiam professus est Ambrosius Morales, cuius permulta opera egregia meam ornant Bibliothecam. Sunt autem haec.

## AMBROSIVS MORALES.

M. D. LXXIII.

*Divi Eulogii Cordubensis Martyris, Doctoris, & electi Archiepiscopi Toletani opera, studio, & diligentia illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Petri Pontii Leonis a Corduba Episcopi Placentini, summique fidei Christianae per Regna, & ditiones Philippi II. Regis Catholici Inquisitoris reperta.*

*Ejusdem sanctissimi Martyris vita per Alvarum Cordubensem scripta. Cum aliis nonnullis Sanctorum Martyrum Cordubensium monumentis. Omnia Ambrosii Moralis Cordubensis Regii Historici Scholiis illustrata, ejusque cura, & diligentia excussa. Recusa fuerunt haec opera in Hispaniae Illustratae tomo IV. Editionis Francofurti, anno 1608. fol. Ait ipse Ambrosius Morales in Scholiis ad Beati Eulogii librum primum Memorialis Sanctorum, pag. 254. se lineas aliquas justis de causis dempsisse.*

*psisse.* Pessimo quidem exemplo; nam opera Sanctorum (ut de aliis nihil in praesentia dicam) semper edi debent, prout ipsi ea scripserunt: & si quid timebat Inquisitoribus displiciturum, in promptu erat notam aliquam addere. Praeterea credidit Morales, a nebulone quodam notissimo deceptus, esse Sancti Eulogii *Epistolam ad Wiliesindum Pampilonensis Sedis Episcopum*, cum certe sit FICVLNEA. De quo ego suo loco. Denique Beati Eulogii Opera melius distinguere, & ad sua tempora referre debuit, quod aliquando praestabo, volente Deo. Caeteroquin *Moralis Scholia* erudita sunt.

*La Coronica General de España, que continuava Ambrosio de Morales, Coronista del Rei Catholico nuestro Señor Don Felipe segundo deste nombre, i Cathedratico de Rhetorica en la Universidad de Alcalà de Henares. Prosiguiendo adelante de los cinco libros, que el Maestro Florian de Ocampo Coronista del Emperador Don Carlos V. dejó escritos. Todo lo de las antigüedades de España, i la manera del entenderlas, i averiguarlas, va puesto al cabo de otra obra por sí.*

*En Alcalà de Henares en Casa de Juan Iñiguez de Lequerica. En Setiembre del año M. D. LXXIII. fol.*

*Secundum volumen impressum fuit ibidem, Anno 1577. fol.*

*Tertium en Cordova por Gabriel Ramos Bejarano, impressor de libros. Año 1586. fol.*

Ipsè Ambrosius Morales loquens de Floriani Ocampi *Chronico* a se continuato, sic Resendio mentem suam aperuit. *Scripti enim Hispaniae totius Historiam ad Roderici Regis tempora, quinque Floriani libros septem aliis continuato opere prosequutus. Non quod mihi ejus hominis scripta perplacerent, vel quod tibi displiceant: sed quod justis de causis mihi fuit indidem, ubi ille desit, incipiendum.* Haec Morales 30. *Januarii M. D. LXX.* Franciscus Padilla non incelebris scriptor Ecclesiasticus, notavit Historiam ab Ambrosio Morale inscriptam *Ecclesiasticam*, incipientemque a libro nono, nimis profanam esse, cum majorem partem sibi vindicent res saeculares. Sandovalius passim notat, Moralem non vidisse privilegia autographa, & notas temporum

porum pessime legere solitum. Fastos Capitolinos Aerae Christianae perperam adaptavit, ut ostendi agens *de Aera Hispanica*. Sed, quod pejus est, fidem adhibuit, non solum suppositiciis Decretalibus, sed multis etiam miraculorum narratiunculis ab hominibus ociosis confictis. Nimirum erat homo candidissimus, adeo ut libidinis comprimendae causa non dubitavit Origenem Adamantium in re minime licita imitari si verum est quod narravit Jacobus Augustus Thuanus *Historiar. lib. XCIX. prope finem*. Verum vir fuit probissimus, veritatis amator egregius, summae diligentiae, multiplicis doctrinae, & purissimi, etsi inemendati stili. Utinam paucos alios scriptores ei similes haberemus. Agebatur Madridii anno proxime elapso de recudendis subscriptionum ope Ambrosii Moralis operibus immortalitate dignissimis; & nihil effici potuit, etiamsi ejus opera non facile inveniuntur. Utilissimum esset ea recudere cum notis ut majori fructu legerentur.

*Las Antigüedades de las Ciudades de España, que van nombradas en la Chronica, con la averiguacion de sus sitios, i nombres antiguos. que escrivia Ambrosio de Morales natural de Cordova, Coronista del Rei Catholico nuestro Señor Don Felipe segundo deste nombre, i Cathedratico de Rhetorica en la Universidad de Alcalà de Henares.*

*Con un Discurso General, donde se enseña todo lo que a estas averiguaciones pertenece, para bien hacerlas, i entender las Antigüedades.*

*Con otras cosas, cuya suma va puesta luego a la quarta hoja.*

*En Alcalà de Henares, en casa de Juan Iñiguez de Lequerica, Año M.D.LXXV. fol. L. Andreas Resendus anno 1570. scripsit Ambrosio Morali in hanc sententiam. Tuam in congregandis antiquis Inscriptionibus diligentiam merito laudo. Nec opus esse arbitror, admonere te virum talem, ut non facile alienae fidei credas, nisi tute lapidem inspexeris. Multa enim adferri solent commentitia. Multa quoque parum fideliter exscripta. Quot finxit, quisquis fuit, Cyriacus Anconitanus, dum Antiquarii famam, etiam ab eumentis, aucupabatur? quam perperam pleraque, ut omittam ficta, non solum Petrus Apianus, & amicus meus Amantius, in libro cui, Inscriptiones Sacrosanctae Vetustatis, nomen*

nomen fecerunt, & ii qui Germanicas, & Austriacas ediderunt Antiquitates; sed qui Romanas etiam, atque Italicas? Eruditum non vulgariter, & prope ad superstitionem usque religiosum oportet esse eum, qui vetusta monumenta describit. Ipse Morales hoc confitetur lib. IX. cap. 28. & lib. X. cap. 26. & tamen lectoribus passim obtrusit fictas illas Inscriptiones, ut praeteream alias etiam veras edidisse pessime descriptas, ut adnotavit Antonius Augustinus Dialogo IX. Antiquitat. & Andreas Schottus in Hispaniae Bibliotheca, ubi ita scripsit. Verum enimvero, ut in Chronicis mire deceptus est Ocampius per Berosum, ceterosque suppositivos libellos Annii Viterbiensis; sic & qui Historiam ejus pertexuit, Ambrosius Moralis, labitur non raro: praesertim cum veteres Rom. Inscriptiones, quae in Hispania visuntur plurimae, explanare conatur: ut vel tricies in uno marmore vetustissimo, quod Barcinone spectatur, impegisse deprehendatur. Quamobrem laudem genti vindicavit in Historia Jo. Mariana Societatis Jesu, sive stili elegantiam, seu fidem consideres. Ita Schottus, qui in eo quod ait de Marianae Historica fide; nae ille vehementer errat, ut videre est apud Petrum Mantuanum, & Marchionem Mondexarenses. Idemque nos plenius, & ad oculum aliquando demonstrabimus justo opere.

*Las obras del Maestro Fernan Perez de Oliva natural de Cordova, Retor que fue de la Universidad de Salamanca, i Cathedratico de Theologia en ella: con otras cosas que van añadidas, como se dara razon luego al principio: dirigidas al ilustrissimo Señor el Cardenal de Toledo Don Gaspar de Quiroga. En Cordova por Gabriel Ramos Bejarano Rio, 1588. 4.*

Multum debemus Ambrosio Morali, qui pretiosa Ferdinandi Perezii de Oliva doctissimi, disertissimique viri opera edidit, additis quindecim discursibus suis plurimi faciendis. Perezii opera sunt haec.

*Tituli Scholarum Salmanticensium.*

*Dialogus, cujus verba Latina, eadem Hispana sunt.*

*Epistola Latine, & Hispanice iisdem verbis scripta.*

*Tractatus de lingua Castellana.*

*Dialogus de dignitate hominis.*

*Tractatus de Potentiis animae.*

*Comoedia, Amphitruo Hispane.*

*Tragoedia de Agamemnonis vindicta.*

*Tragoedia, Hecuba Tristis.*

*Oratio de navigatione fluminis Baetis.*

*Oratio pro se in petitione Cathedrae.*

*Aliquot Poëmata.*

*Ambrosii Moralis Tractatus sunt hi.*

I. *Quantum oporteat bene docere dictione dulci.*

II. *Magnum discrimen quod est inter Platonem & Aristotelem in docendi modo.*

III. *Quantum velit Deus facere nos quae possumus, ab eo simul opem petendo, & bonos exitus expectando.*

IV. *Duo notabilia exempla, in quibus cernitur, Deum aliquando operari mirabilia sola sua potestate, aliquando volens ut agant instrumenta naturalia.*

V. *Quam diversa sint, magnum ingenium, & bonum ingenium.*

VI. *Alii homines pluris profunt, quam eorundem divitiae; aliorum divitiae plus quam ipsi.*

VII. *In quo praecipue consistat esse hominem insipientem, & quaeenam sit maxima insipientia.*

VIII. *Quantum noceat Judicem agere cum impetu, & ira.*

IX. *Quis inter Aethnicos aestimatus sit sapientissimus; & qua ratione ostendi possit, iudicium fuisse verum.*

X. *Christiana consideratio salutaris deprompta ex versu Virgilii.*

XI. *Error perniciosissimus inter homines frequens, aptandi saepe quae non oportent.*

XII. *Consideratio per quam intelligi potest, aliquando stellas potestatem exercere in homines. Forte hic tractatus Censorum animos commovit.*

XIII. *Quantum intersit bona filiorum educatio.*

XIV. *Quam gratum Deo sit, & quantum intersit, famulos esse virtute praeditos.*

XV. *De mirabili, & efficaciori effectu Amoris, cum amantem transformat in amatum.*

His

His tractatibus adjectus est alius ejusdem Moralis, *de Jobannis Austriaci symbolo.*

Sequitur tractatus Licenciati Petri de Valles Cordubensis, disertissimi viri, *de mortis timore, & de amore, & cupiditate vitae, & representatione gloriae coelestis.*

Ad extremum adjecta est *Cebetis Tabula*, in linguam Castellanam a Morale translata, adjuncta ejusdem *Declaratione.*

## JOHANNES VERZOSA.

M.D.LXXV.

Johannes Verzosa Caeseraugustanus, qui adolescentulus Parisiis literas Graecas docuit, Poëta fuit

*Emunctae navis, doctus componere versus,*  
gravitate, & sententiarum pondere Horatianis similes, utinam etiam numerositate. Anno 1555. vertebat Juliani Desertoris *Saturnalia*, absolvebatque *Scholia in Tacitum.* In Concilio Tridentino oravit pro cl. & sapientissimo viro Didaco Hurtado de Mendoza. Ejus *Epistolae Hispanae*, & aliqua *Carmina Latina* leguntur apud Didacum Dormerium in *Progressibus Historiae in Regno Aragonum*, pag. 548. & seqq. Decessit Romae anno 1574. & post ejus mortem prodire Joannis Verzosae Caeseraugustani *Epistolarum libri III.* Panhormi M.D.LXXV. 8.

## VINCENTIVS BLASIVS GARCIA.

M.D.LXXVI.

*Vincentii Blasii Garciae Valentini in commendationem multorum, eximia spe summae virtutis adolescentum Eclogia, ad magnificentissimum literarum patronum, & Meoenatem amplissimum Paulum Carrasco. Valentiae ex Typographia Petri a Huete 1576. 8.* Hic Garciae libellus multa continet pueriliter dicta, multa literaria alibi non reperienda.

*M. T. Ciceronis Oratio pro Marco Marcello quadragesima. Additae sunt in gratiam studiosae juventutis quinque Praefationes in eandem Oratio-*

*Orationem, auctore Vincentio Blasio Garcia, primae classis Praefecto publico Rhetoricae interprete. Valentiae apud Petrum Patricium Mey. 1589. 8. Garcia ubique sui similis, facundus, et apertus, in Prima Praefatione egregie Orationis Ciceronianae argumentum proposuit.*

*Vincentii Blasii Garciae Valentini Oratio funebris in laudem Alexandri Farnesii, Serenissimi Parmae, & Placentiae Ducis, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. D. Odoardum Farnesium Cardinalem amplissimum. Romae apud heredes Joannis Lilioti. M. D. XCIII. 4.*

*Vincentii Blasii Garciae Valentini Oratio habita pro se ipso in Academia Romana XVI. Kal. Julii anno ab humanae salutis exordio M. D. XCII. ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. D. Ascanium Columnam S. R. E. Cardinalem amplissimum, verumque saeculi nostri Moecenatem. Romae apud Heredes Joannis Lilioti. M. D. XCIII. 4.*

*Vincentii Blasii Garciae Valentini Oratio Funebris, habita Nepeetae, cum eò cadaver Horatii Celsi, Episcopi Melphiensis, e Flaminia cujus fuerat Prolegatus, translatum, humaretur, anno Domini M. D. XCII. ad Illustrissimum, & Reverendiss. D. D. Odoardum Farnesium S. R. E. Cardinalem amplissimum. Romae apud Heredes Joannis Lilioti. M. D. XCIII. Cum licentia superiorum 4.*

*Vincentii Blasii Garciae Orationes Romanae, aliaque nonnulla, ad Illustrissimum, & Excellentissimum Principem, Ascanium S. R. E. Cardinalem Columnam, D. Johannis Lateranensis Archipresbyterum, magnum Venetiarum Priorem, Belgii Protectorem, totius Aragoniae Proregem amplissimum, & verissimum hujus nostri saeculi Meoenatem. Valentiae, Apud Petrum Patricium. In fine sic legitur. Valentiae apud Petrum Patricium Mey juxta templum Divi Martini, 1603. 8. Garcia Orator fuit facundior, quam disertior. Aequè dicebat, placebatque imparatus, atque paratus. Nam extemporali facundia, & actione multum valebat. Itaque gratior fuit auditoribus, quam lectoribus.*

*Brevis Epithome in qua praecipua Rhetoricae capita continentur in gratiam studiosae juventutis, auctore Vincentio Blasio Garcia Valent. Primae Classis Praefecto, & publico Rhetoricae interprete. ad ornatissimum*  
virum



virum Johannem Ruizium Castell Blanch & de Lanza. Valentiae apud Johannem Chrysostrum Garriz. M. DC. III. 8. Brevis, & dilucida est haec Epitome. Exempla ad calcem adjecta, partim antiqua, & partim recentia. Ad extremum legitur Oratio quam habuit, cum literis Senatus Populique Valentini revocatus, initium faceret eloquentiam profitendi.

*Brevis Epitome, in qua praecipua Rhetoricae capita continentur, in gratiam studiosae juventutis. 8.* Haec Epitome, cui forte frontispicium deest, contractior est, quam praecedens, tenellae aetati perutilis, In ea exemplorum minor copia est, quam in praecedenti.

## SEBASTIANVS FOXIVS MORZILLVS.

M. D. LXXVII.

*Sebastiani Foxii Morzilli Hispalensis de Historiae institutione Dialogus. Parisiis, apud Martinum Juvenem. 1577. 8.* Scripsit Foxius elegantem Dialogum in quo eruditio cum perspicuitate conjuncta est.

*Sebastiani Foxii Morzilli de Philosophiae studii ratione Epistola ad Franciscum fratrem. Extat in libello, cui titulus est: H. Grotii & aliorum Dissertationes de studiis instituendis. Amsterodami apud Ludovicum Elzevirium. Anno. 1643. 12.* Haec ratio studendi accomodata est modo philosophandi temporibus illis usitato.

## PETRVS ROSARIVS.

M. D. LXXVIII.

*Observationes quaedam in nonaginta quinque Hymnos, qui in Breviario Romano continentur, eoque ordine, quo in illo digesti sunt, Magistri Petri Rosarii bonarum literarum in Schola Burgensi Professoris. Burgis apud Philippum Juntam. Anno 1578. 4.* Observationes Petri de Rosales opportunae sunt, & non inelegantes.

## LUDOVICVS GRANATENSIS.

M. D. LXXVIII.

*Ecclesiasticae Rhetoricae, sive de ratione Concionandi libri sex, celeberrimo & praestantiss. tempestatis nostrae Theologo Ludovico Granatensi, Monacho Dominicano auctore, jam diu quidem a studiosis optati, atque expectati, nunc vero primum in lucem editi. Opus non solum utile, verum etiam pernecessarium iis, qui Concionandi laude praestare, & Reip. Christianae, dum animarum saluti incumbunt egregiam, atque illustrem operam navare contendunt. His conjunximus ejusdem argumenti libros tres Augustini Valerii Episcopi Veronae, ab auctore multis in locis novissima hac editione auctos, & meliores factos. Venetiis, apud Franciscum Zilettum. M. D. LXXVIII. 4.* Cum non pueris, sed Concionatoribus scripta sit Ludovici Granatensis Rhetorica Ecclesiastica, dissimulari potest ejus prolixitas, & laudanda ejus exempla. Illud meo judicio certum est, Ludovicum Granatensem melius servasse, quam tradidisse Rhetoricae praecepta in his quae Hispanice scripsit, maxime in sermonis puritate, perspicuitate, & dulcedine, in quibus mirifice excelluit, ut omittam ejus egregiam pietatem, & tot opera utilissima satis nota. Augustini Valerii in Rhetoricis libris similis est labor, sed doctrina inferior.

## JOHANNES COSTA.

M. D. LXXVIII.

Rhetoricam docuit Salmanticae Johannes Costa, nominisque sui claritatem tuetur hoc edito libro. *El Regidor, o Ciudadano por el Licenciado Joan Costa, Cathedratico de Rhetorica en la Universidad de Salamanca: trata de como se ha de regir a si, su casa, i republica. Dirigido a la mui insigne Universidad de Salamanca. En Salamanca en casa de Antonio Lorenzana, a costa de Simon de Portonariis M. D. LXXVIII. 8.* Johannes Costa satis diligenter persequitur, officia hominis privati, patris familias, & decurionis.

RV.

## RUDERICVS DE ESPINOSA.

M. D. LXXVIII.

*Arte de Rhetorica, en el qual se contienen tres libros. El Primero enseña el Arte generalmente. El Segundo, particularmente, el Arte de Historiador. El Tercero, escribir Epistolas, i Dialogos. Dirigida al ilustre Señor Matheo Vazquez, Capellan de su Magestad Catholica, i su Secretario, i de la santa, i General Inquisicion de España. Con privilegio. Impressa en Madrid, en casa de Guillermo Brovy Impressor de libros, año de 1578. In fine sic legitur. Acabose de imprimir a 12. de Octubre de 1578. 8. Hujus Rhetoricae auctor fuit Rudericus de Espinosa de Sanctayana. Artis quam scripsit non imperitum se profitetur; & in Historiae praeceptis tradendis, attentum, diligenterque C. Caesaris lectorem se ostendit. Omnia etiam breviter, & perspicue docet.*

## ONOPHRIVS POVIVS.

M. D. LXXX.

*Thesaurus Puerilis auctore Onophrio Povio Gerundensi Artium Doctore, ad illustrem, & egregium Michaëlem Joannem Quintana J. U. D. & de Regio Consilio S. C. R. M. dignissimum. Editio secunda ab eodem auctore aucta, & emendata. Barcinone, apud Joannem Paulum Menescal. 1580. Cum licentia, & privilegio. 8. Vocum haec distinctio per classes multum prodest ad inveniendas voces quas quis scire cupit, etiamsi eas nunquam audierit, aut legerit. Alicubi autem meliorem interpretem velim, quam Povium. Ab eo tamen videtur Franciscus Pomey Indiculum suum accepisse.*

*Thesaurus Puerilis auctore Onophrio Povio, Gerundensi, Artium Doctore. Nunc denuo ex sermone Gotholano in Baeticum conversus, ornatus & artificio quodam, & expolitione a Barnaba Solerio humanarum litterarum Doctore distinctus, atque secunda parte locupletatus. Ad Praetorem & Consules Algezirenses. Anno 1615. Valentiae apud Petrum*

R

Patri-

*Patricium Mey, juxta Templum Divi Martini. A costa de Juan Baptista Marzal. 8. Solerius praeter versionem Castellanam addidit Poviano Thesauro nomina Geographica, & Proverbia Hispana Latinis respondentia.*

## PETRVS DE GVEVARA.

M. D. LXXXVI.

*Nueva, i sutil invencion en seis instrumentos, intitulado Juego, i Egercicio de letras de las serenissimas Infantas Doña Isabel, i Doña Catalina de Austria: con la qual facilissimamente, i en mui breve tiempo se aprenderà todo el artificio, i estilo de las Gramaticas, que hasta agora se han compuesto, i se compusieren de aqui adelante.*

*Compuesto por el Licenciado Pedro de Guevara, natural de la Villa de Velhorado. Dirigido a la S. C. R. M. del Rei Don Felipe. Con privilegio en Madrid por los herederos de Alonso Gomez. 8. Guevara Hispanae tradidit Grammaticae praecepta haud inepte: sed rotas addidit (& haec sunt sex instrumenta ab eo memorata) intricatiora Cretaeo labyrintho. Folio 10. affert 84. versiculos Hispanos, quibus egregius Grammaticus Franciscus Sanctius Brocensis, nominum genera docebat.*

*Arte General para todas las Ciencias en dos instrumentos. Recopilada del Arte magna, i Arbor scientiae del Dotor Raimundo Lull: nuevamente adicionada, i enmendada por el Licenciado Pedro de Guevara, natural de la Villa de Belhorado. Dirigida a la C. R. M. del Rei Don Felipe nuestro señor. Con privilegio en Madrid, por Pedro Madrigal, M. D. LXXXVI. 8. Qui per ejusmodi artes multum se discere putant, quo plus se scire existimant, eo remotiores sunt a vero sciendi modo.*

## CYPRIANVS SOAREZ.

M. D. LXXXI.

*D. Cypriani Soarez Societatis Jesu de Arte Rhetorica libri tres, ex Aristotele, Cicerone, & Quintiliano praecipue deprompti. Nunc ab eodem*

eodem auctore recogniti, & multis in locis locupletati. Caesaraugustae, Excudebat Joannes Soler M. D. LXXXI. 8. Aelius Antonius Nebrissen- sis hortante Cardinale Ximeno scripsit ediditque anno 1515. *Artis Rhetoricae compendiosam coaptationem ex Aristotele, Cicerone, & Quintiliano*, eamque illi dicavit. Opus illud centonum more compositum prae oculis habuit Soarius, qui ad marginem indicavit doctrinae fontes, qui purissimi sunt. Ejus vero ars, ut illis temporibus, satis docta, & expedita est. Ad extremum adjecta est *Tabula brevem singulorum capitum summam continens, Scholasticis ediscendam.*

Idem Soarez B. *Isidori Allegorias* emendatas cum Scholiis reliquit. Quot manuscriptis adjutus sit, ipse non dixit. Labor ejus in lucem exiit accurante Joh. Grialo editionem Regiam Isidorianorum operum anno 1599. fol.

## FRANCISCUS DE THAMARA.

M. D. LXXXII.

*Libro de Marco Tulio Ciceron en que trata de los Oficios: De la Amicicia: de la Senectud: con la Economica de Genofon, traducidos de Latin en Romance Castellano por Francisco de Thamara Cathedratico en Cadiz.*

*Añadieronse agora nuevamente los Paradojos, i el Sueño de Scipion, traducidos por Juan Farava. En Salamanca En Casa de Pedro Lasso. 1582. 8.* Satis fideliter translata sunt haec opera. Veruntamen his & omnibus Hispanis versionibus deest diligens collatio, emendatio, & expolitio.

## DIDACUS PEREZ DE VALDIVIA.

M. D. LXXXIII.

*Platica, o lecion de las Mascaras, en la qual se trata, de si es pecado mortal, o no, el enmascararse, i se ponen el ella principios, i reglas generales para juzgar de semejantes obras, si son pecado mortal, como son ir a representaciones, fiestas, saraos, paseos, bailes, galas, pinturas,*

turas, juegos, combites, i todas recreaciones, en las quales suele ser Dios ofendido.

Hecha, i predicada en Santa Maria de la mar de la Ciudad de Barcelona dia de la Conversion de San Pablo a la tarde a los 25. dias de Enero 1583. por el mui Reverendo Padre Diego Perez de Valdivia Sevillano, Dotor Theologo, i Predicador del Evangelio, i Cathedratico de Theologia Positiva en el Estudio General de la misma Ciudad.

Dirigida al mui Ilustre, i Reverendissimo Señor Don Joan Dymas Loris Obispo vigilantissimo de la dicha Ciudad de Barcelona.

Impressa en Barcelona en casa de Jaime Cendrât, Año de 1583. 8. Didacus Perezus de Valdivia fuit morum severissimorum, ut ostendit ejus doctrina minime vulgaris. Eum in hunc censum retuli, ob librum sequentem.

De sacra ratione Concionandi Opus Jacobi Perezii a Valdivia Baetici, Baëzani Doctõris Theologi, Concionatoris Evangelici, & sacrorum Bibliorum in Academia Barcinonensi publici Professoris ad illustrem admodum, ac Reverendissimum D. D. Johannem Dymam Loris, Episcopum Barcinonensem. Additus est in fine libellus ejusdem argumenti vere aureus editus pridem jussu illustrissimi, ac Reverendissimi Cardinalis Caroli Borromei Archiepiscopi Mediolanensis. Barcinone typis Petri Maliano M.D.LXXXVIII. Didacus Perezus vir eximiae pietatis Scholastice de Rhetorica scripsit; sed multa utiliter docuit. B. Caroli Borromei Institutiones Praedicationis Verbi Dei, ejus pietati respondent.

Aviso de Gente recogida, i en especial de la dedicada al servicio de Dios, en el qual se dan consejos, i remedios contra los peligros, i tentaciones, que en el camino del Cielo se suelen ofrecer: i se da orden de vida para qualquier estado de persona en todos los tiempos del año. Compuesto por el mui Reverendo Dotor Diego Perez Cathedratico de Escritura en la Universidad de Barcelona.

Dedicado a Luis de Avila i Toledo, Criado de la Catholica Magestad de Carlos segundo nuestro Señor, i Sargento de la Guarda vieja Española.

En Madrid en la Imprenta del Reino. Año 1678. 4. Hic Perezii liber propter Asceticae doctrinae utilitatem saepe recusatus est.

JO.

## JOANNES DE GVZMAN.

M. D. LXXXVI.

*Las Georgicas de Virgilio, Principe de los Poetas Latinos nuevamente traducidas en nuestra lengua Castellana en verso suelto juntamente con la Decima Egloga, con muchas Notaciones, que sirven en lugar de comento, por Juan de Guzman, Cathedratico de la Villa de Pontevedra en el Reino de Galicia. Dedicadas al mui ilustre Señor Don Felipe de Montenegro i Sotomayor, Señor de la casa de Trabanca, i Tierra de Samartino. En Salamanca en casa de Juan Fernandez. M. D. LXXXVI.*

12. Johannes Guzmanus fuit Discipulus Francisci Sanctii Brocensis. In versibus est duriusculus, sed satis fidus interpres. Ejus Notationes, Mythologicae, aut Historicae sunt.

*Primera Parte de la Rhetorica de Joan de Guzman, publico professor desta facultad, dividida en catorce combites de Oradores: donde se trata el modo que se deve guardar en saber seguir un concepto por sus partes, en qualquiera platica, razonamiento, o sermon, en el genero deliberativo, de todo lo qual se pone la theorica, i platica.*

*Dirigida al Conde de Tendilla Don Luis Iñigo Hurtado de Mendoza, unico heredero del Estado, i Marquesado de Mondejar. Con privilegio. Impresso en Alcalà de Henares, en casa de Joan Iñiguez de Lequerica. Año 1589. 8.* Guzmanus, qui discipulus fuit Francisci Sanctii Brocensis, & Johannis Mal-Larae, communicavit opus suum cum Brocensi, qui illud suo calculo probavit, ut refertur in Prologo, fol. 5. Secutus est Hermogenem in plerisque, in reliquis autem, Platonem, Aristotelem, Ciceronem, Quintilianum, Aphthonium, Theonem, Marcomannum: & ex recentioribus Rhetoribus, Agricolam, Cataneum, Erasmus, Nunnesium.

## MARTINVS SEGVRA.

M. D. LXXXVI.

*Martini Segurae Matutensis in Complutensi Gymnasio Professoris Primarii Eloquentiae, Grammatica Institutio, in quatuor libros tributa.*

R 3

Editio

*Editio secunda. Compluti apud Joannem Iñiguez Lequericam. Cum privilegio ad decennium, anno 1586. 8. Non inepte docebat Grammaticam hic Praeceptor.*

Videamus nunc quid scripserit Typographorum Hispaniae eruditissimus, & Humaniorum etiam literarum professor clarissimus, Philippus Mey.

## PHILIPPVS MEY.

M. D. LXXXVI.

*Del Metamorfoseos de Ovidio en otava rima traducido por Felipe Mey siete libros con otras cosas del mismo. Con licencia en Tarragona por Felipe Mey 1586. 8. Philippus Mey primum, & secundum Metamorphoseon libros licenter interpretatus est; reliquos quinque, fidelius. Edidit hunc libellum cum esset Typographus maximi viri Antoni Augustini, cujus leguntur aliqui versiculi Hispani in poemate Fontis de Alcover, ut jam admonui in Augustini Vita.*

*Profodia. De Ratione quantitatis syllabarum, & accentibus, de pedibus, & carminum generibus Epitome a Philippo Mey (in Schola Valentina linguae Graecae, Rhetoricae, ejusdemque Profodiae diu Professore) ex variis auctoribus collecta.*

*Accesserunt notae aliquae ex approbatissimis collectae auctoribus a Jacobo Roca ejusdem facultatis in Academia Valen. publico professore, quae notantur hoc signo †. anno 1641. Valentiae per Jo. Baptistam Marzal, juxta templum S. Martini. 8. Profodia haec brevis est, atque dilucida.*

*Profodia. De Ratione quantitatis syllabarum, de accentibus, de pedibus, & carminum generibus Epitome, a Philippo Mey (in Schola Valentina linguae Graecae, Rhetoricae, ejusdemque Profodiae olim Professore) ex variis auctoribus collecta.*

*Accesserunt notae aliquae ex approbatissimis collectae auctoribus a Jacobo Roca publico Professore, quae notantur hoc signo †.*

*Nunc vero ab eodem accessit Tractatus ex probatissimis quoque collectus*



*lectus auctoribus, de primis, & mediis in gratiam Valentinae juventutis Poëtices studiosae. Valentiae per Jo. Baptistam Marzal, juxta templum S. Martini 1645. 8. Haec editio aucta est a memorato Jacobo Roca.*

## ALPHONSVS SANCHEZ DE LA BALLESTA.

M. D. LXXXVII.

*Diccionario de vocablos Castellanos, aplicados a la propiedad Latina, en el qual se declaran gran copia de Refranes, reducidos a Latinos: i muchas frases Castellanas, con las que en Latin corresponden, racadas de Ciceron, i Terencio, i otros graves autores. Con un indice copioso de los adagios Latinos, a los quales responden los Castellanos, que van puestos en el libro por orden del A. B. C. Van tambien los nombres de los Autores de los quales se sacaron los dichos adagios Latinos.*

*Compuesto por el Licenciado Alonso Sanchez de la Ballesta. En Salamanca en casa de Juan, i Andres Renaut, Impressores. M. D. LXXXVII.*

4. Alphonsus Sanctius fuit magister Johannis Marianae, Ciceronis, & Terentii amans, ut erant eo tempore, qui Latinam linguam docebant.

## FRANCISCVS MARTINIVS.

M. D. LXXXIX.

*Francisci Martinii Lusitani, Latinae linguae Salmanticensis Doctōris, De Grammatica Professione Declamatio ad D. Joannem Guzmanum Pardum. Cum Privilegio. Salmanticae. Excudebat Petrus Lassus. 1588. In fine ita legitur. Salmanticae Excudebat Joannes Ferdinandus M. D. LXXXIX. 8. Duas Declamationes continet hic libellus: unam in Grammaticos: alteram pro Grammaticis. In priore fortiter declamat in suae artis professores contemporaneos; fortius declamaturus in hodiernos,*

*Si foret hoc nostrum fato dilatus in aevum.*

*In altera declamat pro Grammaticis, quorum magna nunc est inopia.*

Oratio

*Oratio a Francisci Martinii Lusitani auditoribus publice Salmanticae habita pro Antonio Nebrissensi. In fine sic legitur. Cum licentia Salmanticae Ex officina Michaëlis Serrani de Vargas. Anno 1588. 8. Aliqua scitu digna leguntur in hac Oratione. Post eam sunt nonnulla Martinii Carmina, in quibus se versificatorem potius, quam poëtam prodit.*

*Grammaticae artis integra institutio Hispanicis Commentariis illustrata, Per Franciscum Martinium Lusitanum in Salmanticensi Academia Doctorem Latinae linguae primarium. Recentissima quaeque, emendatissima. Cic. 4. Acad.*

*Omnia reddit breviora ordo, ratio, methodus: sed culpa est in iis, qui pueros detinent, partim cupiditate exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit, quod pollicentur, partim etiam inscitia tradendi. Quintil. lib. XI. cap. 12. Cum privilegio. En Salamanca, En Casa de Juan Fernandez M. D. XCVIII. a costa de Rodrigo Diez librero. 8. Cum aliquo fructu legi potest haec Martinii Institutio.*

## HIERONYMVS DE MONDRAGON.

M. D. XCIII.

*Arte para componer en metro Castellano, dividida en dos partes. En la primera se enseña que cosa sea verso, i en quantas maneras se halle, i como se componga: en donde se traen para egemplos, tratados, i cosas de mucha curiosidad, i entretenimiento. En la segunda se pone el modo de componer qualesquier obras de Poesia. Con la Profodia Latina compuesta en esta mesma vulgar lengua.*

*Dirigida al ilustre señor, Micer Juan Izquierdo, Dotor en ambos Derechos, Capellan de su Magestad, i Cathedratico de Visperas en la mui insigne, i antigua Universidad de Lerida. Lo mas notable deste libro en la siguiente pagina se contiene.*

*Impressa en Zaragoza en casa de Lorenzo de Robles, Impressor del Reino de Aragon, i de la Universidad. Año 1593. 8. Hic libellus Hieronymi de Mondragon, eo aestimabilior est, quo pauciores fuerunt in Hispania, qui de Arte Metrica scripserunt.*

GON.

## GONZALO CORREAS,

M. DC.

*Prototupi in Graicam linguam Grammatici canones, nunc denuo summa brevitare, & claritate, exacte tamen, in eorum gratiam, qui studiis aliis sunt occupati, ac eorum, qui serio Graecari voluerint, miro ordine digesti, & exemplis ubique necessariis illustrati, queis Oratores simul, & Poetae enarrari queant. Autore Gonzalo Correas Ignigo in inclutai Salmanticensis Academiai gymnasio Graicarum literarum doctore*

Κύριέ ελέησον,  
Curie eléeson  
Dñe miserere.

*Cum privilegio, Salmanticae. Excudebat Petrus Lassus, anno. 1600. 8. Correas sibi proposuit Francisci Sanctii Brocensis Artem Graecam explicare, & exemplis illustrare. Sed declinandi rationem, & conjugationis formam, paullulum immutavit; ut faciliores redderet. Mirifice brevitatem cum perspicuitate conjunxit.*

*Trilingue de tres Artes de las tres lenguas Castellana, Latina, i Griega, todas en Romance. Por el Maestro Gonzalo Correas Cathedra- tico propietario de la Cathedra de lenguas, Hebrea, i Caldea, i de la mayor de Griego en la Universidad de Salamanca. Dedicado al Catho- lico Rei Don Felipe III. nuestro Señor. Con Privilegio. En Salamanca en la Oficina de Antonia Ramirez. Año de 1627. 8. Correas in his Artibus recedere solet a Grammaticorum receptis opinionibus, & me- thodo solita, praesertim in Latina, & Graeca, in quibus nonnulla ex- cogitavit ut eas faciliores redderet. Ejus doctrina aliquando exorbi- tans; sed plerumque praestantissima est. Inter Artem Latinam, & Graecam inseruit libellum de literis Graecis, & harum pronunciatione. Omnia Hispane scripsit. Hujus scriptoris opera rarissima sunt, quia cum distrahi non possent, propterea quod in nonnullis dissensisset a communi loquendi, docendique modo, propolis vendita fuerunt, & ex eis facti cuculli.*

*Ortografia Kastellana, nueva, i perfeta dirixida al Prinzi-  
pe Don Baltasar N. S. i el Manual de Epikteto, i la Tabla de Kebes, Fi-  
losofos Estoikos. Al ilustrissimo señor Konde Duke. Traduzidos de Grie-  
go en Kastellano, por el Maestro Gonzalo Korreas, Katedratiko de pro-  
piedad de lenguas xubilado, i de maiores de Griega en la Universidad  
de Salamanka, konforme al orixinal Greko Latino, korreto, i traduzi-  
do por el mesmo. Uno i otro lo primero ke se a inpreso kon perfeta orto-  
grafia. Kon privilexio Real, en Salamanka en kasa de Xatinto Taber-  
nier, inpresor de la Universidad, año 1630. 8. Etsi hujus Orthographiae  
praecepta mire inter se cohaereant, si universum systema spectes; ta-  
men, si ad examen singula revoces, non pauca a vera judicandi ratio-  
ne recedunt. Novas enim literas necessitate non cogente vult au-  
ctor introducere, sola facilitatis causa: quod initio fieri oportuit, non  
post literas jam usu receptas, & certis sonis destinatas. Syllabarum  
copiam afferre studens, non distinxit Hispanas a Latinis. Quod ne-  
mo adhuc praestitit, cum tamen certum sit, singulas linguas, & com-  
munes aliarum linguarum, & proprias habere pronunciationes. Ta-  
men attente meretur legi.*

*De Epicteti Enchiridii versione sic scripsit Cl. vir Franciscus Que-  
vedus in Epistola ad Cl. Johannem de Herrera praefixa suo Epicteto.  
Verterunt hoc (Enchiridion) in omnes linguas doctissimi viri, & in no-  
strum idioma Doctor Franciscus Sanctius Brocensis, & paullo post Doctor  
Gundisalvus Correas aliquo rigore magis aptato prototypo, ideoque mi-  
nus grato. Idem possis dicere de Cebetis Tabulae versione, si Cor-  
reae translationem conferas cum illa licentiore Ambrosii Moralis, &  
alia Petri Simonis Aprilis. Illae dulciores, haec rigidior. Correas  
suas adnotationes addidit.*

**BARTHOLOMAEVS GAVILAN.**

M. DC. III.

*Libellus Bartholomaei Gavilan Ilicensis de Orthographia. Oscae,  
apud Joannem Perez a Valdivieso Typographum Universitatis, anno 1603.  
8. Orthographiae regulae summa brevitate hic traduntur.*

*Libellus*

*Libellus Bartholomaei Gavilan Ilicensis de Profodia. Oscae, apud Joannem Perez de Valdiviesso, Typographum Universitatis, Anno 1603. 8. Brevitate etiam commendabilis est haec Profodia.*

## MATHEO ALEMAN.

M. DC. IV.

*San Antonio de Padua de Matheo Aleman. Dirigido a Don Antonio de Boborques Cavallero del habito de Santiago, Gentilhombre de la casa de su Magestad, i su Corregidor en Guadix, Baza, i Almeria, Alguacil Mayor de la Santa Inquisicion en Granada, Veinte i quatro de Cordova, i Señor suceffor de la Villa de Veas. Impresso en casa de Clemente Hidalgo. 1604. 4. Vita haec nimia credulitate scripta, & proluxa est, in ea auctor dispar sui, atque dissimilis videtur.*

*Ortografia Castellana a Don Juan de Bilella del Consejo del Rei nuestro Señor, Presidente de la Real Audiencia de Guadalajara, Visitador General de la Nueva España, por Matheo Aleman, Criado de su Magestad. En Mexico en la Empronta de Geronimo Balli, Año 1609. Por Cornelio Adriano Cesar. 4. Diligentissime notavit auctor vitia male scribentium. Systema excogitavit cohaerens, sed novas literas introducere tentans: quod fortasse non fecisset, si Antonii Nebrissensis Orthographiam legisset. Liber hic est rarissimus.*

*Primera, i Segunda Parte de Guzman de Alfarache por Matheo Aleman, Criado del Rei nuestro señor, i natural vecino de Sevilla. Dedicada al curioso Letor. En Burgos por Juan Bautista Varesio. Año M. DC. XIX. 4. 2. vol. Auctor proposuit vitae dissolutae ideam, quam toto opere reprehendit, aliquando declamatorie, & prolixè, sed dictione castissima, quamplurima docens ad vitae usum necessaria.*

## VINCENTIVS TRILLES.

M. DC. VI.

*Institutiones sacrae linguae Hebraicae, methodo brevissima comprehensae; opera Vincentii Trilles, ejusdem linguae in Academia Valentina*

S 2

Pro.

*Professoris. Ad Academiae Patronos amplissimos. Valentiae apud Philippum Mey. 1606. 8. Hae Institutiones brevi, facilique methodo scriptae sunt.*

## FRANCISCO LUCAS.

M. DC. VIII.

*Arte de escribir de Francisco Lucas vecino de Sevilla, residente en Corte de su Magestad. Dividida en quatro partes. Dirigida a la S. C. R. M. del Rei Don Felipe II. nuestro señor. Año 1608. En Madrid en casa de Juan de Cuesta. 4. Optimus liber ad Grammatisticen discendam.*

## DIEGO LOPEZ.

M. DC. IX.

*Aulo Persio Flacco, traducido en lengua Castellana por Diego Lopez, natural de la Villa de Valencia, Orden de Alcántara, i Preceptor en la Ciudad de Toro. Con declaracion magistral en que se declaran todas las Historias, Fabulas, antigüedades, versos dificultosos, i moralidad que tiene el Poeta.*

*Dirigido al Maestro Balthasar de Cespedes, Cathedratico de Prima de Latinidad, i letras Humanas en la insigne Universidad de Salamanca. En Burgos por Juan Bautista Varesio. 1609. 8. Lopezius interpretatus est Persium non oratione perpetua, sed singulis verbis Castellana eis respondentia subjiciens, adjectis suis explicationibus, more Grammaticorum.*

*Declaracion magistral sobre las Emblemas de Andres Alciato con todas las Historias, antigüedades, moralidad, i Doctrina tocante a las buenas costumbres: por Diego Lopez, natural de la Villa de Valencia de la Orden de Alcántara: dirigido a Don Diego Hurtado de Mendoza, Cavallero de la Orden de Santiago, señor de la Casa de Mendoza, de la Corzana, i sus Villas, Capitan, i Diputado General de la Provincia, Ciudad*

*Ciudad de Vitoria, i Hermandades de Alava, por el Rei nuestro señor.*

*Impresso en la Ciudad de Nagera por Juan de Mongaston. Año 1615. Acosta del autor. 4. Lopezius Alciatum interpretatus est, singula verba Latina in Castellanam linguam transferendo, obiter adjuugens explicationes suas.*

*Las obras de Publio Virgilio Maron, traducido en prosa Castellana por Diego Lopez natural de la Villa de Valencia Orden de Alcántara, i Preceptor en la Villa de Olmedo, con comento, i anotaciones, donde se declaran las Historias, i Fabulas, i el sentido de los versos dificultosos que tiene el Poeta. 77. pliegos. Año 1641. En Madrid en la Imprenta de Francisco Martinez. 4. Versio haec Virgiliana soluta oratione nimis pedestris est. Commentarius & Annotationes pueris prodesse possunt.*

*Construccion, i Explicacion de las Reglas de los Generos, i Preteritos conforme el Arte de Antonio: mui util, i provechosa para los que comienzan a estudiar: compuesta por Diego Lopez, vecino de Sevilla; año 1690. En Madrid.*

*Ad calcem excusus est libellus constans quatuor foliolis, cujus hic titulus. Explicacion de los puntos, caracteres, i reglas, que forman la buena Ortografia, mui util, i necessaria, compuesta por Don Bartholome de Vidorreta, i Tejada, Maestro de Latinidad, i Eloquencia. 8.*

*Lopezius singula verba Regularum, quas de Generibus, & Praeteritis Antonius Nebrissensis tradidit, in Hispanam linguam transtulit. Res, intelligentibus insulsa, & fastidiosa: sed quae mirifice placet pueris, & infimi subsellii magistris, qui ad docendum indigent his auxiliis. Vidorreta metricè scripsit suum opusculum.*

## BARTOLOME XIMENEZ PATON.

M. DC. XIV.

*Epitome de la Ortografia Latina, i Castellana por el Maestro Bartolome Ximenez Paton. Año 1614. En Baeza por Pedro de la Cuesta. 8. Libellus haud aspernandus.*

*Instituciones de la Gramatica Española, dirigidas al Licenciado Don Sebastian de Covarrubias Orozco, Capellan de su Magestad, Maestro - escuela, i Canonigo de la santa Iglesia de Cuenca, i Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, i autor del Tesoro de la lengua Española. Por el Maestro Bartolome Ximenez Patón.*

Ad calcem hujus libri excusa est *Apologia en defensa de la doctrina del Maestro Bartolome Ximenez Patón, compuesta, i orada en publico en Villanueva de los Infantes por Diego Tornel Mexia su discipulo, i Cathedralico de Humanidad en el Colegio de Beas. 8. Ximenii Institutiones breves sunt, & perspicuae: Tornelii Apologia non est magni momenti.*

## MIGUEL SEBASTIAN.

M. DC. XIX.

*Orthographia, i Orthologia hecha por Miguel Sebastian Presbitero: Dirigida a Martin Frances de Urritigotti menor de dias, i a Doña Magdalena Justa de Copons su muger. Año 1619. Con privilegio. En Zaragoza por Juan de Larumbe. 8. Sebastianus fuit Curio oppidi Galve: pietate motus pueros docuit primas literas per annos triginta, communicavitque hunc libellum cum Praeceptore suo Petro Johanne Nunnesio, & Galcerano Albanello, Philippi IV. Magistro. Multa docet, quae aequum est observare magistros elementarios. Etsi fatendum est, pronunciationem Hispanam cum Latina confundere. quod quia plurimi fecerunt, inde orta est affectatio pronunciationis, & Orthographiae Latinae. Auctor ait folio 16. se occupatum esse in conficienda Arte quae simul doceret linguas Hebraeam, Graecam, Latinam, & Castellanam.*

## JUAN PABLO BONET.

M. DC. XX.

*Reduccion de las letras, i Artes para enseñar a hablar los Mudos: por Juan Pablo Bonet, Barlet Servant de su Mag. entretenido cerca la perso-*

na



*na del Capitan General de la Artilleria de España, i Secretario del Condestable de Castilla. Dedicado a la Magestad del Rei Don Felipe III. nuestro señor. En Madrid por Francisco Abarca de Angulo. 1620. Inventio haec, per quam Muti vere docentur loqui, praestantissimum Boneti ingenium prodit.*

## ESTEVAN MAÑA.

M. DC. XXIV.

*Enchiridion de los verbos, que la lengua Latina tiene, dispuestos por sus quatro conjugaciones: puesto el simple se siguen sus compuestos con su preterito, i supino, i varia significacion: necessario a todo genero de estudiantes.*

*Segunda impression, mejorada con verbos, i con la Sintaxi, i Prosodia de cada uno dellos, i dos reglas generalissimas para sacar en qualquier lengua frases por la propiedad de las Dicciones.*

*Por Estevan Maña Doctor Medico, Cathalan, natural de Uldecona, Professor de letras Humanas en la ilustre villa de Castellon de la Plana.*

*Dirigido a los señores Jurados de dicha Villa.*

*En Valencia en la Empronta de Pedro Patricio Mey, junto a San Martin. 1624. A costa de Pau Clapes Mercader de libros a la Plaza de la Seo. 8. Hic liber inter alias utilitates vicem potest praestare Dictionarioli Latino-Hispani. Et suspicari possumus hoc opus prae oculis habuisse Petrum Danetium, cum scribere aggressus est suas Radices, seu Dictionarium linguae Latinae, quo singulae voces suis radicibus subjiciuntur, Felicius autem in puerorum usum noster Auctor hoc derivavit. Utinamque majorem verborum copiam adjunxisset.*

## MIGUEL NAVARRO.

M. DC. XXVI.

*Libro mui util, i provechoso para aprender la Latinidad; en el qual se pone en pratica el modo de construir los Autores: con un Vocabulario de las partes exteriores, i interiores del Hombre. Compuesto por el Licenciado Miguel Navarro, Cathedratico de la Villa de Madrid. En Madrid en casa de Luis Sanchez año 1626. 8. Hujus libelli praecepta puerilia sunt. Dictionariolum autem non solum est partium hominis, sed aliarum etiam rerum in classes divisum.*

## BENITO CARLOS QUINTERO.

M. DC. XXIX.

*Templo de Eloquencia Castellana en dos discursos, aplicado el uno al uso de los Predicadores. Dedicale al mui ilustre, i noble Cavallero Alejandro Grimaldo el Dotor Benito Carlos Quintero, natural de Salamanca. Impresso en Sevilla en la oficina de Luis Estupiñan. Año de 1629. 8. Quinterius melius docet, quam scribit: stilus enim ejus ampullosus est, Hispana lingua jam eo tempore tumescere incipiente inani verborum inflatione.*

## ALFONSVS SANCTIVS.

M. DC. XXXIII.

*Magistri Alfonsi Sanctii Hispani de rebus Hispaniae anacephaleosis libri septem a condita Hispania ad annum 1633. ad clariss. V. D. Joannem Gonsalium Usquetam & Valdesium ex Ordine Jacobaeo clariss. Heroem. Compluti apud Antonium Duplastre. Anno 1634. 4. Ανεκεφαλαιωσις haec initio est fabulosa ex Annianis nugis desumpta; in reliquis, Historiae Marianae compendium est, superadditis non paucis ex confictis Chronicis: caeteroquin, brevis, & non inelegans. Ipse Auctor Vitam suam praemisit sic scriptam. In Regno Murciae Patria Mora-*

*Moratalla est. Complutum, sedes. Publica in Schola professio, Graeca, Hebraea, Chaldaeaque literatura. Institutum Divinae, Humanaeque disciplina. Vitae ratio, in Sancta, Magistralique Ecclesia ejusdem oppidi Portionarius, adjuncta animarum cura. Caetera nihil ad te.*

## VICENTE GARCIA ORDONNEZ DE LLORIS.

*Canones, o Reglas para la construccion, i composicion de las ocho partes de la Oracion. Con un catalogo de nombres, i verbos por adagios, segun reglas de sintaxis. Su autor Vicente Garcia Ordoñez de Lloris, natural de Oliva. m. s. 8.*

*Ejusdem Explicacion de la Profodia con preguntas, i respuestas. m. s. 8. Hic conterraneus meus, licet a multis laudatus, infimi subsellii magistellus fuit. Adagia Hispana Latinis respondent. Hujus scriptoris mentionem feci, ne quis existimet magnam in ejus libris jacturam factam, ut plerumque putatur in desideratis, & ineditis operibus.*

*Tresora Hirour lingua i etaqua, Francho Española eta Hasquara. Obra ona eta necessaria nore desiracer baytou eranden lengue borenzat. Bayonan, Frances Bourdot, libourou Eguillaren eckian. 1642. 8. Dictionarium est Hispanum, Gallicum, Vasconicum, in quo praemittuntur aliquae verborum conjugationes. Libellus hic eximiae raritatis est.*

## JOANNES CARAMVEL.

M. DC. LXIII.

*Joannis Caramuelis primus Calamus ob oculos ponens metametricam, quae variis currentium, recurrentium, adscendentium, descendentium, nec non circumvolantium versuum ductibus, aut aeri incisos, aut buxo insculptos, aut plumbo infusos, multiformes labyrinthos exornat. Romae. Fabius Falconius excudebat, anno 1663. fol. 2. vol. Multa leguntur in hoc opere ingeniose excogitata, & pertinentia non solum ad Poëticam, sed etiam ad Grammaticam; multa etiam pueriliter in-*

T

venta,

venta, aut repetita. Auctor in omnibus operibus suis, quae quamplurima sunt, sui similis est, magis ingeniosus, quam judiciosus; magis mirabilis, quam utilis.

## MANVEL SANCHEZ DE ARBUSTANTE.

M. DC. LXXII.

*Escuela muda de Gramatica Latina en las aulas de Ortografia, i Profodia. Con las Reglas de Ortografia Castellana perfecta, i Acentos del Missal, i Breviario Romano. Preceptor el M. R. P. Pres. Fr. Manuel Sanchez de Arbustante, Comendador del Real Convento de N. Señora de la Merced Redencion de Cautivos de la Ciudad de Orihuela, i Juez Sinodal de su Obispado. Dedicada al ilustrissimo S. D. Francisco de Borja, i Centellas, hijo del Excel. Señor Don Francisco Carlos de Borja, i Centellas, Duque de Gandia, Conde de Oliva &c. i de la Exma Señora Doña Maria Ponce de Leon, i Aragon, i de los Excelen. SS. Duques de Arcos. En Orihuela, por Mateo Penen, año 1672. 8. Cum aliquo fructu legi potest hic libellus.*

## ALONSO DE BELVIS TREJO.

M. DC. LXXVIII.

*Forma breve, que se ha de tener en soltar, o correr la mano en el egercicio de escribir liberal. I para que las Personas que no hacen buena letra la mejoren: por Alonso de Belvis Trejo, Escritor de libros del Culto Divino, i Examinador de los Maestros en el Arte de Escribir en esta Imperial Ciudad de Toledo, i su distrito. Ponele a los pies de los aficionados a este arte, ideseosos del bien universal. Año de 1678. 8. Scriptor hic plura promittit, quam praeostat.*

## MARTIN DEL CASTILLO.

M. DC. LXXVIII.

*Γραμματικη της γλωσσης εν τῇ διαλέκτῳ Ἰβηρικῇ. Grammatikee tees Glóosees Helleenikees en teè dialeēctoo Iberikee.*

*Gram.*

*Grammatica de la lengua Griega, en idioma Español. Por el R. P. M. F. Martin del Castillo Leñtor Jubilado en Theologia; i Provincial que fue de esta Provincia del Santo Evangelio de Mexico, del Orden de N. P. S. Francisco.*

*Con todo lo necessario para poder, por si solo qualquier aficionado, leer, escribir, pronunciar, i saber la general, i mui noble lengua Griega.*

*En Leon de Francia a costa de Florian Anisson, Mercader de libros en Madrid. M. DC. LXXVIII. 8. Negari nequit hujus Artis facilitas praesertim ad legendum, cum, quae Graecis characteribus scripta sint, Latinis etiam repetantur.*

## CAROLVS ELIZONDVS.

M. DCC.

*Alfabeto, o Cartilla de las letras Griegas. En Salamanca en la Imprenta de Maria Estevez, Impressora de la Universidad. Año 1700. Ad extremum ita legitur. Haec pro imbuendis mira facilitate, minorique taedio discipulis edebat in lucem Magist. Carolus Elizondus, in praeclarissima Salmantic. Academia Collegii Trilinguis alumnus pro obtinendis Philosophiae Cathedris antagonistes, & Graecanicae publicus Professor.*

*Omne tulit punctum, si miscuit utile dulci. 8.*

*Ipse Carolus Elizondus, vir probus, & doctus, affirmavit mihi, cum essem Salmanticae, libellum hunc a se quidem editum fuisse, non tamen elucubratum; & verum ejus auctorem fuisse, Hieronymum Dutari Societatis Jesu, hominem integrum, & lepidissimum, qui ut teneras puerorum mentes demulceret, festivissima quaedam carmina hispana excogitavit, quibus multa Graecae Grammaticae praecepta illis suaviter instillaret.*

## GERONIMO DVTARI.

M. DC. XVIII.

*Vida Christiana, o Practica facil de entablarla, con medios, i verdades fundamentales, contra ignorancias, o descuidos comunes, por el*

T 2

Padre

*Padre Geronimo Dutari de la Compañia de Gesus. Sexta impression conforme a la quinta precedente, corregida, i añadida por su autor. Para el uso de los Penitentes, Confesores, i Predicadores. En Salamanca, en la imprenta de Francisco Garcia Onorato, i San Miguel. Año de 1718. Con licencia de los superiores. 16. Hic libellus egregie prodit, cujusmodi fuerit Auctoris character, jocosus scilicet, & perquam aptus ad alliciendum populum.*

## ANTONIO BORDAZAR.

M. DCC. IV.

Venio ad Hispanorum Typographorum doctissimum, & mihi, dum vivebat, amicitia conjunctissimum, Antonium Bordazar, qui plurima scripsit, & edidit. Ejus vero habeo sequentia.

*Decendencia Real desde la Conquista de Valencia. Impresa en la noble, leal, i coronada Ciudad de Valencia. En la Imprenta de Jaime Bordazar i Artazu, año de 1704. folio unico chartae majusculae. Hoc opus constat duabus columnis, in quarum altera est Genealogia; in altera, Chronologia.*

*Ortografia Española fijamente ajustada a la naturaleza invariable de cada una de las letras, la escrivia Antonio Bordazar de Artazu en Valencia, en la Imprenta del Autor, año 1728. 8* Bordazarius a me quaesivit, quid de Orthographia sentirem, cumque paucissimis verbis sententiam meam illi exposuissem, ipse domum reversus eadem illa latissime explicavit, mihi que postea ostendit, petens ut ea edere permitterem. Facile assensi homini de me bene merito, librosque nonnullos ad idem argumentum spectantes cum eo communicavi, ut a se scripta magis illustraret: eademque jussi, ut contractiori methodo tractaret. Dissensit ille a me in duabus, aut tribus opinionibus: neque tamen hoc impedivit, quominus ego ejus systema publice laudarem: quod ansam dedit Benedicto Feijoo, ut affirmaret me hanc Orthographiam elucubrasse, atque hoc ipsum ad eum scripsisse. Quae cum veritati contraria essent, coëgi hominem publice palinodiam canere,

ut

ut Bordazario sui laboris meritum constaret: cuius Orthographiae scrip-  
tionem si mihi arrogare vellem, injuriosus essem. Scripra ab eo  
legi, & stylum alicubi emendavi, nihil praeterea: quod & ipse auctor  
pro suo candore omnibus dictitabat: idem, cum expeditum titulum  
praefigere vellet, a me consilium petiit, simulque ut nonnulla ei di-  
ctarem epistolae Dedicatoriae inservientia: quod libenter feci: & qui-  
libet hoc poterit animadvertere, si ejus Dedicationem legat, & stili  
diversitatem notet ab illis verbis *Tales son*. Quod ideo moneo ut ani-  
madvertas stupiditatem eorum, qui se criticos profitentur, qui tamen  
si auctorum nomina demas, stili varietatem non agnoscunt, cum ae-  
que ac hominum vultus, perspicacibus mentibus sese noscendam ex-  
hibeat.

*Ortografia Española fijamente ajustada a la naturaleza invariable de  
cada una de las letras. La escribió Antonio Bordazàr de Artàzu. Se-  
gunda impression en que se añade una Apologia. En Valencia, En la Im-  
prenta del autor, año 1730. 8.* Apologia haec scripta fuit adversus  
Salvatorem Mañer, in eaque Bordazarius docuit illum nescire quo  
in argumento versaretur. Jussu Regii Castellae Senatus dixi, quid  
de hac Apologia sentirem.

*Práctica de Ortografía Española. En Valencia por Antonio Borda-  
zàr. 8.* Brevissime auctor exposuit, & ad praxim deduxit, quae an-  
tea latius scripserat.

*Ortografía Latina fijamente ajustada al uso regular de los  
Antiguos Latinos, i eruditos modernos. La escribió Antonio Bor-  
dazàr de Artàzu. En Valencia, En la Imprenta del Autor, año 1730.  
8.* Laudavi ego hanc Orthographiam Epistola scripta ad ipsum aucto-  
rem. In quo illud maxime mirandum est, ipsum sine praeceptore  
didicisse linguam Latinam.

*Puntual Relacion de la avenida del Rio Turia, que baña a esta Ciu-  
dad de Valencia, sucedida el dia 16. de Setiembre de 1731. In fine sic  
legitur. En Valencia, con las licencias necessarias por Antonio Bordazàr.  
Se hallarà en la misma Imprenta. 4.*

*Verdadero Resumen, i compendioso diseño de la memorable aveni-  
da de el Turia, principal Rio de Valencia: reflujo de sus barrancos, i*

*estrago de sus efectos en el dia 16. de Setiembre de este presente año 1731. Romance heroico. 4.* Bordazarius melius soluta, quam stricta oratione scribebat, praesertim si pangeret carmen heroicum. Nam a puero assuetus erat inflato illi, ac inani versificandi generi, quod Valentinae privatae Academiae Poëticae introduxerant praecedenti saeculo decimo septimo. Quod & ipse a me reprehensus, ingenue fatebatur. Si quid tamen componeret versiculis minoribus, quo naturalius scribebat, eo melius. In oratione soluta etiam saepissime confessus est, se mihi debere studium proprietatis, unde sibi profluxit maxima scribendi facilitas.

*Ascendencia Genealogica de el Serenissimo Señor Don Carlos de Borbon Farnese, Duque de Parma, i Placencia. fol. chartae majusculae.* Genealogia haec comprehendit Regis Caroli Borbonii parentes, avos, proavos, abavos, atavos, & tritavos.

*Al festivo obsequio conque la mui ilustre Ciudad de Valencia celebrò el arribo del Serenissimo Señor Infante Don Carlos, el dia 11. de Noviembre de 1731. Romance Heroico. 4.* Incipit:

*Heroico Plectro, generoso Numen.*

Ipsium initium ostendit, has esse nugas canoras.

*Breve Relacion de las demonstraciones festivas con que la Ciudad de Valencia ha celebrado el feliz arribo a ella del Serenissimo Señor Infante de España Don Carlos de Borbon Farnese, Duque de Parma, i Placencia, en los dias 11. i, 12. de Noviembre de 1731.* In fine sic legitur. *Por Antonio Bordazàr en su Imprenta, donde se hallarà el Arbol Genealogico de su Alteza. 4.* Affirmavit mihi Bordazarius innumerabiles hujusmodi Relationes se composuisse. Cum enim esset Typographus, & in Urbe viveret novitatis amantissima (ut sunt omnes maxime frequentes) si quid novi eveniret, statim Narratiunculam aliquam edebat homo ad scribendum expeditissimus.

*Plantificacion de la imprenta de el Rezo Sagrado, que su Magestad (Dios le guarde) se ha servido mandar que se establezca en España. En Valencia, Por Antonio Bordazàr de Artazu, Impressor del Santo Oficio, i de la ilustre Ciudad, Año de 1732. fol.* Bordazarius invictis rationibus



bus ostendit, posse imprimi in Hispania libros Ecclesiasticos, optima charta in Hispania fabricata, & characteribus ibidem fuis; & promisit se venditurum eos pretio commodissimo, atque ut plenissimam fidem faceret, legentium oculis proposuit chartam, literarum varias formas, & singulorum foliorum pretia: quo experimento viso, permisit Philippus V. in Hispania excudi libros Ecclesiasticos; & tamen Hieronymianorum Monachorum Escorialiensium diligentia, quorum interest id non fieri, si quidem hujusmodi librorum propolae sunt, effecit ne Regium Decretum exsequutioni mandaretur, praeponderante unius Monasterii utilitate, manifestissimo Cleri damno.

*Calendario Perpetuo, en el qual se halla, con facilidad, brevedad, i certeza, para qualquier año, passado, i por venir, hasta en muchos siglos, el Aureo Numero, el Ciclo Solar, la Epacta, la Indiccion Romana, la Letra Dominical, la letra del Martirologio, i las Fiestas Movable, segun el Estilo Juliano, i segun la Correccion Gregoriana. Obra del R. P. Fr. Joaquin Rigaud, Minimo, dispuesta nuevamente por otro Professor de Mathematicas. En Valencia, en la Imprenta de Ant. Bordazàr, en la Plaza del Palacio Arzobispal, donde se vende. fol. chartae magnae.* Professor hic Mathematicarum Artium est Bordazàr, qui huic studio valde deditus fuit, eique debuit Valentia ut illo urgente Thomas Vincentius Tosca, Congregationis B. Philippi Nerii Presbyter, juventutem Valentinam olim congregavit, & in eam traxerit multos nobiles adolescentes, aliosque viros honestos instituens eos scientiis reipublicae necessariis. Praeterea ipse Bordazàr absque ullo stipendio docebat mercatores, artifices, opificesve, hunc Arithmetica, illum Geometria, alium Architecturam, aliosque aliud, quod eis opus scire, ut magnam in optimo viro jacturam fecerit Valentina Urbs.

*Proporcion de Monedas, Pesos, i Medidas, con principios practicos de Arithmetica, i Geometria, para su uso, Por Antonio Bordazàr de Artàzu. Con licencia. En Valencia, en la Imprenta del autor, año de 1736. 8. Ex Delegatione Regii Castellae Senatus jam dixi ego quid sentirem de hoc libello, cujus doctrina, si antiquitatem spectes,*

ex Petro Chacone, Johanne Mariana, paucisque aliis desumpta est; si statum rerum praesentium, ex aliquibus scriptoribus, qui recens idem argumentum tractarunt; si scientias Mathematicas, maximo ipse labore, quae alii scripserunt in compendium redegit, breviter, & dilucide suo utens iudicio, quod praestantissimum erat, & expeditissimum.

*Academia Mathematica, que se propone a los aficionados, a influencia del egregio Don Felipe Lino de Castelvi, Conde de Carlet; quien ofrece casa, i algunos instrumentos prevenidos a esse fin (como años ha lo desea, i tiene manifestado) en caso de aver numero suficiente de Personas, que comprehendan la utilidad, i se resuelvan a su asistencia. Fol. Auctor hujus Epistolae fuit Bordazar, qui Carleti Comitem impulit ut invitaret juventutem ad Academiam Mathematicam instituendam: ego vero suasi Johanni Baptistae Coracciano Valentinorum Mathematicorum Principi ut Academicus esse vellet, ut alii eum imitarentur.*

*Idea de una Academia Mathematica, dirigida al Serenissimo Señor Don Felipe Infante de España, Cavallero de las Ordenes del Toyson, Sancti-Spiritus, i Santiago, Gran Prior de Castilla, i Leon en la de San Juan, Comendador Mayor de Calatrava de Castilla, i Aragon, Almirante General de todas las fuerzas maritimas de España, i de las Indias, i Protector del Comercio. En Valencia, con licencia de los superiores, por Antonio Bordazar de Artazu, Impressor del santo Oficio, i de la ilustre Ciudad, año de 1740. 4. Academia haec perseverare non potuit, quia sine aliquibus sumtibus nihil poterat efficere; eos vero nemo sufficiebat.*

*Proposicion, que se hace al Rei nuestro señor para el establecimiento de las Medidas, i Pesos comunes, afin de que sean universales, e inalterables en los Dominios de su Magestad, i en los tiempos venideros. In fine sic legitur. Valencia a 25. de Abril de 1741. Antonio Bordazar. Saepe hunc audivi modeste gloriantem de hac cogitatione, quae in debitum examen non fuit deducta.*

*Parecer de un Mathematico Valenciano sobre el Cometa, que se ha dejado ver en las noches de Enero, i Febrero de este año 1744. i hoi a primero de Marzo sale a las cinco i media de la mañana, siendo un mismo Cometa.*

*Cometa.* In fine sic legitur. *En Valencia, por Antonio Bordazàr de Artàzu, se hallarà en la misma Imprenta. 4.* Auctor in hujuscemodi occasionibus paratum habebat calamum ad scribendum, & evulgandum quae sibi in mentem veniebant, & apta ei videbantur ad lucellum aliquod percipiendum.

*Tabla para saber todos los dias del año, a que hora, i minutos sale el sol, i se pone en Valencia, i duracion de los crepusculos. folio expanso.*

*Explicacion del Marco con que se aprecia la Madera quadrada, que viene por el Rio, i se apeaña fuera de los muros de esta Ciudad de Valencia, para la mayor inteligencia del Cavallero Regidor, que tuviesse la comission de este abasto. fol.* Haec explicatio utilissima est ad emenda ligna, quae per Turiam (*Guadalabiar*) comportantur.

Plurima alia edidit Antonius Bordazàr, praesertim de rebus sui temporis; verum ea ego non habeo, & impossibile esset illa colligere, cum in plerisque nomen suum occultarit.

Ingratus esse viderer erga hominem mei amantissimum, nisi publice testarer, eum morientem mihi legasse manuscripta sua, omnia affecta; nam si ab eo fuissent perfecta, jam illa edidissem. Sunt autem haec.

*Reglas breves para la buena habla Española. fol.* Adolescens scripsit has regulas, cum linguae Castellanae studiosus potius, quam peritus esset, quam senior pure loquebatur.

*Diccionario Español. fol.* Est veluti compendium Thesauri Covarrubiani: quod si integre abbreviasset, & melius quam Covarrubias ordinasset, egregiam operam praestitisset. Sed multa ex eo omisit.

*Diccionario Facultativo. fol.* Incoepit hoc opus, sed labore deterritus, illud non continuavit, causabatur librorum penuriam, & semper se relicturum opus suum imperfectum. Ei ego promittebam, commodaturum libros, & multa vocabulorum millia subministraturum cum testimoniis eorum, qui vocabulis illis usi fuissent, quod ille minime praestabat in suo Dictionario. Sed nunquam ei suadere potui ut in labore persisteret, vir alioqui laboriosissimus.

*Tablas Chronologicas universales, que contienen las siete Edades del Mundo. fol. maximae chartae.* Habebat auctor qui sumtus sufficeret ad opus hoc excudendum; sed non antea edere voluit, quam ego illud legerem: cum autem viderem, multa ibi fabulosa legi, plurima falsa, alia alieno loco, omnia incerto auctore, suasi ut famae suae consuleret.

*Discurso Mathematico-Geografico en asunto de investigar la Legua Española, o idea de medidas de longitud. fol.* Argumentum hoc necessarium est, & exactiorem diligentiam requirit.

*Recreaciones Mathematicas. 4.* Excerptit auctor ex Scientiis Mathematicis, quae lectorum animos oblectare poterant.

*Tablas Chronologicas, i Astronomicas.* Si diutius auctor vixisset, nullum praeclarius ingenii sui monumentum reliquisset. Aggressus fuit hoc opus ejus ideam me suggerente, & libros etiam, & opem auxiliumque literarium; & quamquam erat imperfectum, illud excudere coeperat, ut gustum aliquem praeberet cl. viro Francisco Almeidae, cui me suadente, dedicare illud volebat. Sed Deo aliter visum. Incipiunt hae Tabulae ab anno 4664. Periodi Julianae quinquennio ante Correctionem Julianam, & quinquaginta annis ante aeram Christianam. Continet hoc opus triginta sex Tabulas: & singulae tabulae comprehendunt quinquaginta annos. Epocharum initia suis locis collocata sunt; cumque singuli eorum anni numerati sint, inter se respondent miro artificio. Epochae autem sunt hae, Periodus Juliana, Correctio Juliana, Olympiades, Urbs Condita, Indictio Romana, Anni Nabonazaris, Atticorum, Judaeorum, Diocletiani, Hegirae. Designatur initium singulorum annorum, dies Paschatis Judaici usque ad Hierosolymitanum excidium, & Christiani ex quo coepit. Notantur etiam, Aequinoctium Uernale, Solstitium Aestivale. Cyclus Solaris, Litera Dominicalis, tam vera, quam falsa, Aureus numerus, Epactae Astronomicae, Ecclipses Solis, & Lunae. Notitiam ego subministravi illi plusquam quingentorum Ecclipsium assignatis auctoribus, promissique ei Fastos Consulares emendatissimos, qui in ipsis tabulis collocari debebant: quorum vero singulae paginae solum continere poterant quinquaginta annos; seorsim  
addendi

addendi erant suffecti Consules, quorum notitia passim necessaria est. Haec est hujus operis idea, magna ex parte affecta, sed non perfecta.

Denique possideo ejusdem auctoris *Adversariorum duo volumina in 4. & unum in folio*: & pleraque pertinent ad Artes Mathematicas, quibus ille fuit deditissimus; ideoque persuasit Johanni Baptistae Coracciano ut *Arithmeticam* scriberet, ederetque *Demonstratam*, cum antea in Hispania aliae non essent quam practicae. Vir fuit magni ingenii, praeclari judicii, integerrimus, boni publici cupidissimus, eique natus, artis suae typographicae peritissimus, in sermone familiari facetus, & jucundus; in scriptis doctus, & expeditus. Natus fuit Valentiae v. Eidus Novembreis anni MDCLXXI. cumque in Carthusianorum Monasterium Vallis Christi perrexisset, ut topographicam illius loci chartam delinearet, labore fatigatus, & sole perustus, febrili correptus est, & a Deo ad aeternam felicitatem vocatus, vocem ejus exaudivit, & ad ejus ivit complexum, ut pie credere debemus, postridie Calendas Novembreis anni MDCCXLIV.

## JUAN INTERIAN DE AYALA. M. DCC. VII.

*Relacion de las demonstraciones de accion de Gracias, i Regocijo, que celebrò la Universidad de Salamanca por el deseado, i feliz Nacimiento del serenissimo Principe nuestro señor, Luis Primero deste nombre en España. Escrita por orden, i acuerdo del Claustro a la Sacra, Real, Augusta, Catholica Magestad del Rei nuestro señor Don Felipe Quinto. En Salamanca en la Imprenta de Maria Estevez, viuda, Impressor de la Universidad. Año 1707. 4.* Hujus Relationis auctor fuit Johannes Interamnenis Ajalaeus Sodalitii Beatae Mariae Virginis de Mercede, qui Salmanticae eo tempore literas Hebraicas profitebatur: etiamque fuit auctor Orationis habitae ab Emmanuele Martinez Carvajal, quae legitur pag. 24. sicut etiam ejus, quae reperitur pag. 76. & illius quae extat pag. 85. & aliquorum carminum, quæ postea vindicavit auctor in *Opusculis Poeticis*, de quibus paullo post. Fuit Ajala vir majoris ingenii, quam judicii; & magis amoenus, quam eloquens.

*Catecismo Historico, que contiene en compendio la Historia sagrada, i la Doctrina Christiana, escrito en Frances por el mui ilustre señor Claudio Fleury, Abad de Locdieu, Sub-preceptor del Rei nuestro señor (Dios le guarde) i de sus serenissimos hermanos los señores Principes de Francia, i Confessor del Rei Christianissimo Luis XV.*

*i traducido en Español por Frai Juan Interian de Ayala del Real Orden de Nuestra Señora de la Merced Redencion de Cautivos, Doctor Theologo, i Cathedratico Jubilado en la Facultad de Theologia de la Universidad de Salamanca, Predicador, i Theologo de Su Magestad en la Real Junta de la Concepcion. &c.*

*Dedicado al Principe nuestro señor. Con privilegio en Valencia: por Josef Garcia, año de 1728. A costa de Manuel Baeza Mercader de libros. 8. vol. 2. Cum considerarem ego horum librorum utilitatem, & versionis Ajaleae elegantiam, auctor fui ut Valentiae recuderentur.*

*Relacion de las Reales Exequias, que se celebraron por el señor D. Luis Primero Rei de España nuestro señor, que está en el Cielo, siendo Mayordomo mayor del Rei nuestro señor (Dios le guarde) i executandolas por su Real precepto el Excelentissimo señor, señor Don Juan Manuel Fernandez Pacheco, Acuña, Giron, i Portocarrero, Marques de Villena, Duque de Escalona, Conde de S. Estevan de Gormaz, i de Giquena, Marques de Moya, señor de los Estados de Belmonte, Alarcón, el Castillo de Garci-Muñoz, i Jorquera, señor de las Villas de Jumilla, i Alcalá del Rio con su Puerto seco, de los Estados de Seron, i Tijola, Toloj, i Monda, Escrivano mayor de Privilegios, i Confirmaciones del Reino de Castilla, Cavallero del insigne Orden del Toison de oro &c. Escrita, i dada a luz de orden de su Excelencia. En Madrid: en la Imprenta de Musica, por Miguel de Rezola, anno de 1725. 4. Hujus libri auctor memotatus Ajala, cujus stilius Castellanus, purus est, & emendatus; sed cujusmodi esse soleant hujusmodi Relationes, norunt eruditi.*

*Relacion de las Exequias, que la Real Academia Española celebrò por el Excelentissimo señor Don Juan Manuel Fernandez Pacheco, Marques de Villena, su Primer fundador, i Director. Que en nombre de*  
la

la misma Academia dedica al Excelentísimo Señor Don Mercurio Lopez Pacheco, Marques de Villena, su actual Director, Don Vincencio Squarzasigo, Centurion, i Arriola, Secretario de ella. Con licencia. En Madrid: en la Imprenta de Francisco del Hierro, Impresor de la Real Academia Española. Año de 1725. 4. Hujus quoque Relationis auctor est laudatus Ajala, vir magis disertus quam doctus, ingenique facundi, & amoeni.

Traduccion, i Exposicion Parafraistica del Psalmo L. en verso Castellano, con una Cancion a Christo Crucificado. Por el Rmo P. M. Fr. Luis de Leon, del Orden del gran Padre San Agustin, i Cathedratico de Escritura de la Universidad de Salamanca. Año 1727. Con las licencias necesarias en Madrid: en la Imprenta Real, por Josef Rodrigucz de Escobar 8. Edidit haec poëmata sapientissimi Ludovici Legionensis, laudatus Ajala, qui praefatiunculam praemisit.

Humaniores atque amoeniores ad Musas Excursus: sive opuscula Poëtica, quae quondam lusit, aut panxit R. A. P. M. Fr. Ioannes Interian de Ayala, Sac. Regii, ac Militaris Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis captivorum, in Salmanticensi Academia, Doctör Theologus &c. quae in lucem edit Frater Franciscus de Ribera ejus. Ord. eaque author ipse supplex offert ac reverens sistit Excellentissimo D. D. D. Comiti de S. Estevan de Gormaz & de Oropesa, &c. Matriti: Ex Typographia Conventus praefati Ordinis, Anno D. 1723. 8. Frater Franciscus Ribera in Praefatione ad Lectorem meminit aliquorum operum auctoris. In his opusculis Poëticis cernitur Ajalae facilitas in pangendis versibus, ejusdemque ingenium, quod graphice depinxit Emanuel Martinus *epist. 21. lib. III.* sed descriptio illa compensari potest cum laudibus quas saepe ei tribuit *libro sexto* in quo multae leguntur Ajalae epistolae disertae, & amoenae.

## CRISTOVAL CORET.

M. DCC. XII.

Explicacion de la Syntaxis de Torrella, compuesta por Mossen Leonardo Mijavila, Maestro que fue de Letras humanas en el ilustre Cabildo de

V 3

Valen-

*Valencia. I ahora corregida, no de los yerros del autor (que estuvo muilejos de cometerlos) si de los que trasladandola la Uenaron de cacographias, i absurdos: i aumentada con muchissimas autoridades, i advertencias, con sus citas, como podra ver el curioso.*

*Por el Dotor Christoval Coret i Peris, discipulo del dicho Mossen Leonardo, i ahora suceffor suyo en la Cathedra. Todo lo añadido se conocerá con este asterisco\*. En Valencia por Ant. Bordazar año 1712. 8. Nihil frequentius occurrit, quam hujusmodi scripta ad illustranda praecepta Grammatica tum exemplis, tum exceptionibus: idque fiet usque quò Regularum numerus minor sit, & Sanctianae methodo accommodatior. De Christophoro Corete, amico nostro, jam supra diximus, cum Vivis opera recenseremus.*

*Noches, i Dias Feriadas sobre la Sintaxis del Maestro Torrella. Su autor el Dotor Christoval Coret, i Peris Presbitero, natural del lugar de Alboraya en el Reino de Valencia, Beneficiado en la Iglesia Parroquial de San Martin Obispo, de dicha Ciudad, i Professor de Latinidad, i Eloquencia en la Santa Iglesia Metropolitana de aguellea. En Valencia, por Josef Garcia, Plaza de Calatrava. Año 1750. 8. Jussu Regii castellae Senatus dixi sententiam meam de hoc libro, cujus auctor principatum obtinet inter Grammaticae Praeceptores hujus Regni Valentiae.*

## PEDRO BARRICATE I ARELLANO.

*Exulatio Momi ab Academia Salmantina. In fine ita legitur. Esta obra del Momo tiene versos Castellanos i Latinos cultos, i macarronicos. Tiene tambien versos mezclados de varias lenguas: los quales versos habla la Fama, por parecer conforme a sus muchas lenguas. Su autor, Pedro Barricate, i Arellano, parece averlos dedicado al Señor D. Luis de Bolea. Pareciome obra digna de comun aplauso, ipso quise ocultarla al curioso letor, a quien la dedico impressa. B. D. Juan Gonzalez de Dios. 4. Carmina quae vocant Macarronica mihi semper visa sunt ineptissima ad oblectandas mentes delicati saporis. Itaque aliter vellem ostendisset, quid praestare posset Petrus Barricate & Arellano. De Baccalaureo Gonzalezio mox dicam.*

JUAN



## JUAN GONZALEZ DE DIOS.

M. DCC. XIX.

*Dionysii Catonis Disticha de moribus ad Filium. Adjectae sunt pro studiosioribus in calce, prout charta passa est, piae ad loca quaedam annotatiunculae.*

*Accurante Joanne Gonzalez de Dios.*

*In accuratoris laudem ad libellum Distichon.*

*Innumeris mendis sordebas ante, libelle:*

*Restituit primum candorem cura Joannis.*

*Salmanticae: ex Typographia Francisci Garcia Onorato & Sanmiguel. Anno M. D. CC. XIX. 8. Gonzalezius, quem probe novi, vir candidissimus, & studiorum profectus cupidissimus. Ejus annotatiunculae paucae sunt, puto viginti, aut circiter.*

*Manual de Orthographia Castellana, que en metro facil contiene las Reglas mas generales de escribir, i acentuar la lengua Castellana, para la mayor claridad, i facilidad de los que desean seguir alguna regla en el modo de escribir. Escribiolo el B. D. Juan Gonzalez de Dios, Preceptor de Grammatica, i Latinidad en la Classe de Mayores de el Colegio Trilingue de la Universidad de Salamanca. En Salamanca: en la imprenta de Francisco Garcia de Honorato i San Miguel. Año 1724. 8. Gonzalezii versus sunt duriusculi; doctrina, facilis; Orthographia, verborum potius origini, quam pronunciationi accomodata. In quo plerique falluntur, ut scilicet ostentent Latinae linguae cognitionem: & tamen illi ipsi, qui verborum origini adhaerere volunt, eam ubique sequi nequeunt, vel quia illam aliquando ignorant, vel ob scripturae insolentiam. Meo judicio duae Orthographiae Hispanae bases sunt. Usu recepta pronunciatio, & applicatio literarum unanimi Nationis consensu destinatarum ad significandam sine ulla ambiguitate singularum vocum pronunciationem. Atque haec duae regulae, si bene intelligantur, nullam habent exceptionem. Et hac scribendi ratione servata, exteri facile & optime possunt discere pronunciationem*

Hispa-

Hispanam, quam aliter nullo modo intelligere queunt nisi longissimo usu, & viva voce magistrorum, scripturae ambiguitates explicantium, quas Hispani non solent animadvertere, quia ab infantia assuefiunt pronuntiationi verae, quae, cum scripturam praecedat, ducit eos ad ambiguas scripturas distinguendas,

*Tratado del Acento Latino, i Reglas de la Recta Pronunciacion: segun la doctrina de los mas insignes Gramaticos, i autores, que han tratado de esta materia. Escrivialo el Bachiller D. Juan Gonzalez de Dios, Preceptor de Gramatica, i Latinidad en la classe de mayores de el Colegio Trilingue de la Universidad de Salamanca. Salmanticae: Ex officina Typographica Eugenio Garcia de Honorato & San Miguel, anno 1725. 8.* Difficile hoc argumentum de Accentu satis perspicue tractavit Gonzalezius.

*Rudimenta, quas Orationes vocant, Heroicis carminibus reddita, & in breviorum methodum redacta.* In fine sic legitur. *Haec componebat B. Ioannes Gonzalez de Dios, in Imperiali Trilingui Salmantino Collegio primarius Grammaticae Professor. 4.* Cui bono tradiderit Gonzalezius oratione ligata, & Latina haec Praecepta ad juncturam Grammaticam pertinentia ignorare me fateor, cum neque pueri linguam Latinam intelligant antequam orationis partes connectere sciant; neque ignoratae linguae harmoniam poeticae possint percipere. In eo vero laudandus Gonzalezius quod brevis fuit in tradendis praeeptis, in quibus alii solent molestissimi esse.

*Equitis Francisci Botello de Morales, & Vasconcelos Satyra cum notulis ejusdem Gonzalezii. 8.* Franciscus Botello vir fuit imaginationis vagae. Ejus inventio, prodigialis, ut ostendunt *Speluncae Salmanticensis*, opus monstrificum: humanioribus literis deditus fuit, & Poetarum lectioni, allusionesque hujusmodi, notulis suis designavit Gonzalezius, qui eum plurimi faciebat.

*Diatriba. Epistolarum fasciculus, quibus animi defaecandi gratia invicem olim colludebant Joannes de Miranda, & Oquendo, Regio Hispalensi Fisco nunc Praefectus, Joannes Cid Suarez de Rivera veterum Prudentiae Salmantini Doctores, & Joannes Gonzalezius de Dios, apud ipsos*

*ipsos Salmantinos Musarum Primarius Antistes: a quo nunc denuo collecta publici juris fiunt sub auspiciis Ill<sup>mi</sup> D. D. Andreae Gonzalez de Barcia in supremo Castellae Senatu Regii Consilarii, & integerrimi Patricii. Salmanticae, ex Officina Typographica Antonii Josephi Villargordo. Anno 1737. 4. Cidis Epistolae praestant Mirandae; Mirandae, Gonzalezii. Primus Historiae litterariae studiosus fuit; & ideo caeteris praeferrri debet.*

**JUAN PEREZ CASTIEL I ARTIGUEZ.**  
M. DCC. XXII.

*Recreo del Alma fiel, que ilumina, i desengaña en verso. Contiene quarenta i seis gorgeos de diferentes asuntos, catholicos, i de buen documento para el piadoso, i Christiano Letor: con una breve declaracion en prosa, como el invicto San Lorenzo Martir es nacido en la Ciudad de Valencia del Cid: con otras notas contiguas, utiles, i de mucho recreo. Por el Licenciado Juan Perez Castiel i Artigues, Presbitero Beneficiado en la Iglesia Parroquial del invicto Martir San Lorenzo de la ciudad de Valencia del Cid: residente tambien en la de S. Valero Obispo, i San Vicente Martir en Ruzafa; i demerito hermano de la venerable Orden Tercera del Serafico Patriarca S. Francisco de Assis. Dedicado a la compasiva, i serenissima Reina Maria Santissima madre de Desamparados, Patrona especial de la mui ilustre, lael, i coronada Ciudad de Valencia, i su Reino. En Valencia, en la Imprenta de Antonio Balle junto a San Martin. Año 1722. A costa del autor. 8.*

*Politica Christiana, i aforismos de Prudencia, que hacen al hombre advertido, en verso de varios metros. Contiene variedad de documentos, i sententias para todos estados de personas, explicando algunos de ellos con asuntos Poeticos: i un Elogio, i Deprecacion a nuestra Divina Madre Maria Santissima, en Redondillas; i una Relacion intitulada: La Batalla Angelical, i Triunfo de San Miguel, &c: Por el Licenciado Juan Perez Castiel, i Artigues &c. Dedicado a la brillante, i candidissima Concepcion en gracia de la Divina aurora Maria Santissima en el primer instante fisico, i real de su animacion. En Valencia: por Antonio Balle. Año 1723. 8.*

*Empeño de Amor Divino, contra Lucifer soberbio, a favor del Alma amada. Declaranse veinte Reflexiones, entretregidas con quatro materias. Son: la Historia de la Creacion de Adam, i Eva: las honras que biza Dios al hombre: su triunfal desempeño en libertarle: bienes, i admirables portentos del Augusto Sacramento, sea por sienpre alabado, i algunos tratados Poeticos, para recreo, i utilidad del Christiano Letor. Por el Licenciado Juan Perez Castiel i Artigues &c. Se advierte al que no es Gramatico, que no se detenga en leer en latin, si no quiere, pues ya va vertido, o perifrasedo en lengua Castellana. Dedicado al dulcissimo, i siempre venerable nombre de Maria Santissima. Impresso en Valencia año 1725. 8.*

*Breve Tratado de la Orthographia Española, repartido en tres instrucciones. La primera explica las letras del Abecedario. La segunda, los signos de la apuntacion. I la tercera, la formalidad de escribir las oraciones de los capitulos, o periodos de quienes se trata, por las letras del Abecedario, para su mas claridad. Por el Licenciado Juan Perez Castiel i Artigues &c. Dedicado a la Gran Reina de los Angeles, Maria Santissima. Impresso en Valencia año 1727. 8. Novi perquam familiariter horum libellorum auctorem. Fuit filius Johannis Perezii celebris architecti, & adolescens eandem, ac pater, profitebatur, & excercebat artem. Cum autem ingenio acutissimo praeditus esset, sese literis dare voluit: verum nullam Academiam frequentavit; & pessimum Latinae linguae magistrum sortitus fuit, quam optime se intelligere credebat propterea quod Vivis Exercitationi operam dederat, & de rebus frequenter occurrentibus solutius quam multi solent, loquebatur. Praeceptorem egregium habuit nullum; optimos libros nunquam legit; phantasia habebat architecto dignam, pangendi versus facilitatem expeditam; cum esset senex, somnum solebat interrumpere, componebatque carmina, quae stilo lapideo inter tenebras in pariete scribebat, & postea luce adveniente transcribebat. Ob eximiam probitatem optima quaeque & cogitare, & dicere solebat; destitutus a praeceptis, a libris, ab arte, nihil magnum praestare poterat: imo ne mediocre ob animi praejudicia. Cum vero esset homo festivissimus; jucundissimum erat, eum audire: & si quos*

quos loquendo sales habuit, scriptis suis aspersisset, magnum fecisset operae pretium.

## JERONYMO CONTADOR DE ARGOTE.

M. DCCXXV.

*Regras da lingua Portugueza, Espelho da lingua Latina, ou disposiçãõ para facilitar o ensino da lingua Latina pelas regras da Portugueza. Dedicada ao Principe de Portugal nosso Senhor pelo Padre Dom Jeronymo Contador de Argote, Clerigo Regular, e Academico da Academia Real da Historia Portugueza. Muito acrescentada, e correctã. Segunda impressãõ. Lisboa Occidental, na officina da Musica. M. DCC. XXV. 8. Idea docendi Grammaticam Latinae linguae praemissa vernaculae cognitione optima est. Auctor dialogum contexit, quo, quae paucissimis verbis scribere potuit multis, & supervacaneis dixit. In casuum regimine Emmanuelem Alvarum secutus est, multiplicans regulas plerasque inutiles. Praeterea singularia suae linguae, & omnino dicenda, praetermisit. In Orthographiae tractatu, verborum originem, & non pronunciationem secutus est; atque quamplurima necessaria praecepta omisit.*

*Memorias para a Historia Ecclesiastica do Arcebispado de Braga, Primaz das Hespanhas, dedicadas al Rei D. Joãõ V. nosso senhor, Aprovadas pela Academia Real, escritas pelo Padre D. Jeronymo Contador de Argote, Clerigo Regular, Academico da mesma Academia.Titulo I. da Geografia do Arcebispado Primaz de Braga, e da Geografia antiga da Provincia Bracarense. Tomo primero. Lisboa Occidental, na Officina de Joseph Antonio da Sylva, Impressor da Academia Real. M. DCC. XXXII. fol.*

*Ejusdem, Tomo segundo. Lisboa Occidental, na Officina de Joseph Antonio da Sylva, Impressor da Academia Real. M. DCC. XXXIV. fol.*

*Ejusdem, Tomo Terceiro. Lisboa. Na Officina Sylvana, e da Academia Real. M. DCC. XLIV. fol. Hi libri Apparatum continent haud*

asperrandum ad scribendam Historiam Archiepiscopatus Bracarenfis. In describendis autem Inſcriptionibus vellem ut auctor accuratior fuiſſet.

*De Antiquitatibus Conventus Bracarauguftani libri quatuor, vernaculo, Latinoque ſermone conſcripti, & auguſtiſſimo Luſitanorum Regi Joanni V. dicati a Patre D. Hieronymo Contador de Argote, Clerico Regulari. Secunda editio, quinto libro locupletata. Ulyſſipone Occidentali. Typis Sylvianis, Regalis Academiae. M. DCC. XXXVIII. fol. In his Antiquitatibus etiam deſidero auctoris diligentiam in deſcribendis priſcis monumentis.*

## MANUEL DE LARRAMENDI.

M. DCC. XXVIII.

*La antigüedad, i univerſalidad del Baſcuence en Eſpaña: de ſus perfecciones, i ventajas ſobre otras muchas lenguas, demonſtracion previa al Arte, que ſe darà a ſuz deſta lengua. Su autor M. D. L. En Salamanca por Eugenio Garcia de Honorato. Año de 1728.8. Literae illae ſingulares M. D. L. ſignificant, Manuel de Larramendi. De Antiquitate linguae Vaſconum nemo dubitat. Quid ei linguae contigerit, oſtendi in meis Originibus Hispanae linguae.*

*El Impoſſible vencido. Arte de la lengua Baſcongada. Su autor el P. Manuel de Larramendi de la Compañia de Jeſus, Maeftro de Theologia de ſu Real Colegio de Salamanca. En Salamanca por Antonio Joſef Villargordo Alcaraz, año de 1729. 8. Impoſſibile quod Larramendius ait, ſe viciffe, eſt accomodaffe vulgaria praecepta Grammaticae, linguae Vaſconum, quae ante eum magna ex parte carebat hujusmodi accomodatione.*

*Discurſo Hiſtorico ſobre la antigua famosa Cantabria. Quęſtion decidida, ſi las Provincias de Biſcaya, Guipuzcoa, i Alcala eſtuvieron comprehendidas en la antigua Cantabria? ſu autor el M. R. P. M. Manuel de Larramendi, de la Compañia de Jeſus, Maeftro que fue de Theologia en el Real Colegio de Salamanca, i de extraordinario en ſu Universidad, Confefſor de la Sereniſſima Señora Reina viuda de Carlos II. En*

II. *En Madrid por Juan de Zuñiga, año 1736. 8.* Conferri debet hic liber cum alio Hieronymi Suritae sic inscripto: *Cantabria. Descriptio verorum ejus limitum.* Qui liber excussus est inter *Discursus varios Historicos*, quos edidit diligentissimus Didacus Josephus Dormer.

*Diccionario Trilingue del Castellano, Bascuence, i Latin.* Su autor el Padre Manuel de Larramendi de la Compañia de Jesus. Dedicado a la mui noble, i mui leal Provincia de Guipuzcoa. Año 1745. En San Sebastian por Bartholome Riesgo, i Montero, impressor de dicha M. N. i M. L. Provincia, Ciudad de San Sebastian, i su Consulado, i de la Real Compañia Guipuzcoana de Caracas. fol. 2. vol. Prologus longissimus est. In eo Larramendius adversus plurimos invehitur. Qua civilitate mecum egerit, lectores prudentes judicabunt. Hoc affirmare possum, ex meis *Originibus Hispanae linguae* meoque *Sermone Placidi Veranii* sumsisse illum ea quae de Vasconum lingua ab antiquis scriptoribus literis consignata sunt, & a me collecta; & tamen asserit, me e lacunis bibisse: quia scilicet aliter ac ille sensi.

*Nueva Demonstracion del Derecho de Vergara sobre la Patria, i apellido secular de San Martin de la Ascension i Aguirre.* Refutacion seria del hijo de Beasain. Obra joquiseria del Padre Torrubia. Por Don Augustin de Bazterrica, Presbitero, Cura, i Beneficiado de la Iglesia Parroquial de San Pedro de la Villa de Vergara, en la M. N. i M. L. Provincia de Guipuzcoa: i Don Josef Hipolito de Ozaeta, Alcalde, i Juez Ordinario de la dicha Villa, por ausencia de su Tio el Excelentissimo Señor Don Gabriel Josef de Zuloaga, i Moyna, Conde de la Torrealta, Theniente General de los Egercitos de su Magestad, Governador, i Capitan General de la Provincia de Venezuela. Dedicase al Señor Don Francisco Antonio de Orbe, i Larreategui. En Madrid: en la Imprenta de Manuel Fernandez. Año de M. DCC. XLV. fol. Verus auctor hujus operis, quod habet paginas 431. est Emmanuel Larramendi. Scopus ejus probare, Beatum Martinum ab Ascensione fuisse natum Vergarae, & cognomen ejus fuisse Aguirre. More suo utitur genere dicendi satyrico, stiloque ludrico. Ad calcem adjecta est ejusdem argumenti *Epistola*, auctore Augustino de Orobio Bazterra *Juris Civilis*

Doctore, & supremi Inquisitionis Consilii, Actore Fiscale, viro cordato, modesto, & docto.

## MICHAEL GINER.

M. DCC. XXIX.

*Profodia Michaëlis Giner Ludimagistri Murellani, emendata nunc, & adaucta studio, & opera Dominici Nñerola & Tena in inclyta Murellana Academia Grammatices, atque Rhetorices Preceptoris. Valentiae Edetanorum apud Antonium Bordazar, anno 1729. 8. Ginerii Profodia breviter, & dilucide scripta est. Eam ego probavi ex delegatione Ordinarii Ecclesiastici.*

## JOSEF JOAQUIN LORGA.

M. DCC. XXIX.

